



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Privilegiorum Regularivm In Commvni

Pedro <de los Angeles>

Coloniæ Agrippinæ, 1681

Capvt I. De Privilegiis in communi, eorum natura, conditionibus, & proprietatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61715)



CAPVT I.

De Privilegiis in communi, eorum natura, conditionibus,
& proprietatibus.

Caput hoc novem continet Puncta.

PUNCT. I. **D**E quidditate, & natura privilegii, à quo & quibus concedi potest. n. 1.

PUNCT. II. An privilegiatus teneatur uti privilegio sibi à jure, vel principe concesso, n. 11

PUNCT. III. De multiplicitate privilegiorum in communi, n. 16

PUNCT. IV. Diversa Clausula explanantur, qua solent in privilegio Pontificum reperiri, vel in eorum confirmationibus & revocationibus, n. 38

PUNCT. V. De conditionibus requisitis, ut privilegium sit validum, & licitum, n. 57.

PUNCT. VI. De interpretatione privilegiorum, à quibus fieri possit, & quomodo debeat adhiberi, n. 70

PUNCT. VII. De communicatione generali privilegiorum, qua in omnibus fere Ordinibus reperitur, n. 87

§. I. Qualiter omnes Religiones Mendicantes, & non mendicantes sibi metipsis in privilegio communicent? n. 88

§. II. Aliqua difficultates circa istam generalem communicationem deciduntur, n. 100.

§. III. An privilegia concessa uni


Provincia, uni Conventui, vel Ecclesie particulari, vel etiam singularibus personis, censeantur concessa ceteris Provinciis, Conventibus, Ecclesiis, necnon singularibus Personis, ex vi generalis communicationis, n. 108

PUNCT. VIII. De usu privilegiorum tam pro foro conscientie, quam pro foro externo, n. 119

§. I. Quando, quo loco, & quomodo possunt uti Regulares privilegii ipsis concessis, n. 120


§. II. An Regulares, uti possint privilegii per Tridentinum revocata? n. 130

PUNCT. IX. An duret privilegium post mortem concedentis, vel privilegiati? n. 139



PUNCTUM I.

De quidditate, & natura privilegii, à quo, & quibus concedi potest?

1.  **M**ISSIS variis definitionibus, quæ solent hic adhiberi, brevior & communior illa est, qua privilegium definitur, quod est: *Lex privata aliquod speciale beneficium concedens.*

Definitio privilegii ponitur, & declaratur.

deni. Dicitur Lex lato modo, & secundum quid; neque enim privilegium est proprie lex, quæ ex natura sua debet ad bonum commune ordinari, ut diximus tract. 11. de legib. cap. 1. n. 10. quæque ex se obligationem inducere valet in eis pro quibus imponitur, ut ibidem num. 51. declaravimus. Privilegium autem neutrum ex natura sua petit: nam licet aliquando in bonum commune ordinetur, multoties etiam conceditur ob bonum, & commodum alicujus particularis, nec etiam ex se habet obligare privilegiatum, ut eo utatur, ut dicemus puncto sequenti; sed suo modo est lex respectu aliorum, quibus necessitatem imponit, ne impediatur privilegium ab usu privilegii, vel illum in tali usu perturbent, quod etiam ex jure naturali habetur, dictante privilegiatum non esse privandum jure, & facultate sibi à Superiore concessa. Dicitur *privata*, non quia plures non respiciat; multoties enim ad plures Congregationes extenditur, ut privilegia Religionum, Ecclesiasticorum, minorum, pupillorum, &c. sed quia non ad omnes extenditur, sicut lex, quæ ex natura sua omnes tangit. Dicitur *aliquod beneficium speciale continere*, id est, favorem, indulgentiam, vel aliud quiddam, aliàs ex jure non concessum; & sic præter jus semper debet aliquid operari privilegium, quamvis necessarium non sit, ut semper contra jus operetur aliquid, ut cernitur in indulgentiis, quæ per modum privilegii conceduntur, & tamen contra jus nihil operantur, sed solum præter jus aliquid concedunt.

2. Ex quo patet discrimen inter privilegium, & dispensationem. Tunc differat quia privilegium latius patet, quam dispensatio; potest enim privilegium & esse contra jus, ut privilegium Bullæ Cruciatæ edendi lacticia in Quadragesima; & præter jus, ut dicebamus de indulgentiis, & in privilegiis decimas, aliave subsidia accipiendi facultatem concedentibus: at dispensatio semper est contra jus; ob idque vulnus legis dicitur, & est semper odiosa, strictèque interpretanda. Et hinc oritur, ad dispensationem semper causam requiri, ut licitè tantum impertiatur; ut quando à Legislatore ipso, vel ejus Successore, aut Superiori impenditur, vel ut licitè & validè possit concedi, ut cum ab inferiore in lege Superioris conceditur, ut diximus tract. 11. de legib. cap. 5. num. 70. Sed ad concedendum privilegium validè causa non requiritur, ut infra num. 6. dicemus. Insuper differunt, quia privilegium datur per modum legis, & sic ex natura sua per multum tempus, & ad plures actus extenditur: at dispensatio, potius datur per modum præcepti, & ad breve tempus, vel ad unum, vel ad paucos actus, ut dispensatio in impedimentis matrimonii, in irregularitatibus, &c.

3. Sed rogabis primo, quæ sit materia, & forma privilegii? Respondeatur materiam privilegii debere esse honestam, & rationabilem, & sic nullo modo juri Naturali, aut Divino adversam; est enim lex quædam privata privilegium, & de ratione legis est, ut sit de materia honesta, & rationabili, ut diximus in hoc tracta-

Materia
& forma
privilegii
de-
claratur.

Defini-
tio privi-
legii po-
nitur, &
declara-
tur.

tu cap. 1. num. 17. Debet insuper esse favorabilis; quia hoc est de ratione propria privilegii, ut in ejus definitione dicebamus, & consistens in aliqua facultate, ad aliquid agendum, vel non agendum, recipiendum, vel non recipiendum, quod non habebatur ex jure communi; cum sit lex aliquid speciale concedens. §. Forma illius, alia est intrinseca; nimirum voluntas concedentis, ex qua tota vis, & vita privilegii dependet. Alia est extrinseca, seu externa; nimirum, id per quod talis voluntas principis explicatur, sive sit scriptura, verba, seu signa, quæ sint sufficienter declarativa voluntatis concedentis. Unde in privilegiis maximè attendendum est ad verborum significationem, tam communem, quàm juridicam, ut dicemus hoc capite punct. 6. cum forma externa privilegii præcipuè consistat in verbis externis significandibus concessionem alicujus gratiæ.

A quo,
& quibus
privilegium
concedi
valet.

4. Rogabis secundò, quæ sit causa sufficiens, & materialis privilegii, seu à quo, & quibus concedi possit? §. Responderetur, quòd nullus præter Legislatorem, potest privilegia concedere, & hoc circa materiam sibi subjectam, & circa quam subditos cogere potest. Et ratio est: Nam vel privilegium concessum est contra jus, vel præter jus: si primum: ergò solum potest concedi ab eo, qui jus condere potest: nam privilegium contra jus dispensationem permanentem includit, quam nemo præter Legislatorem, aut Successorem in Sede, vel Superiorem concedere valet. Si sit præter jus, concedens illud

cogit vel cogere potest per modum legis alios ne usum impediunt privilegii: ergò à solo potente condere legem, potest privilegium expediri: ergò omnes illi, & soli qui potestatem habent legislativam possunt privilegia concedere, & hoc circa materiam sibi subjectam; aliàs non posset alios modo dicto cogere, ne privilegium in usu privilegii impediatur. Tambur. de jure Abbat. tomo primo, disputatione 16. questione 1. numero secundo, Layman. libro primo, tractatu 4. cap. 23. num. 14. Pellizzar. tomo secundo, tractatu 8. capite primo, numer. 14. Bonacin. de privileg. disputatione 1. questione 5. punct. 2. numero 1. Suarez de legib. lib. 8. cap. 8. numer. 2. Salas de legib. disputat. 17. sect. 3. à numer. 17. Bassæus in florib. Theologia, verbo privilegium, capite primo, num. 6. & 7. Castro Palao tomo primo, tractatu 3. de legibus, disputatione 4. punct. 4. num. 1. Ex quo patet Summum Pontificem, Regem, posse privilegia concedere, circa materiam latissimam, & juri communi contrariam. Pontifex in spiritualibus ubique terrarum, & circa materiam, cuicumque juri Ecclesiastico subjectam: in temporalibus autem, solum quoad terras dominio temporali Ecclesiæ subjectas: & similiter Rex in temporalibus, quoad provincias in sua ditione contentas: Episcopi autem, & Magistratus, vel alii Prælati solum quoad territorium sibi competens, & circa materiam, circa quam leges sanxerunt, vel condere possunt.

5. Ex quo sequitur, quòd privilegia dispensativa legis, seu quæ sint subditis con-

potest Princeps aliqua concedere privilegia.

contractus, solum conferri possunt à Principe propriis subditis; quia illos dumtaxat leges illius obligant, à quibus eximuntur per privilegia. Si autem privilegium sit alicujus facultatis concessivum; etiam non subditis impendi potest, dummodo sit de materia Principi subjecta: potest enim Rex tam subditis quam Exteris aliquos contractus permittere, aliis prohibitos, & facultatem concedere arma, cibis, & alia extrahendi, quæ aliis non sunt permessa, & sic plura privilegia sunt concessa Religiosis, & clericis à Principibus sæcularibus, tametsi eorum non sint subditi; non enim privilegium obligat, aut ligat privilegiatum ad utendum illo, sed alios, ne illum ab usu impediunt. Unde sicut non subditus, capax est donationis à Principe factæ; sic etiam privilegii, quod est quædam donatio gratiæ, & favoris. Sed quia respectu aliorum, vim legis habet privilegium obligantis, ne illius usum perturbent; ob id diximus, debere esse de materia principi subjecta, circa quam subditos cogere potest. Sic authores citati numero *preced.*

Pro valida privilegii concessione, non requiritur aliqua causa, bene tamē pro licita. 6. Rogabis tertio, an ad licitam & validam privilegii concessionem, aliqua causa requiratur? §. Respondetur quod, ut licitè privilegium concedatur, aliqua causa justa, & honesta requiritur; at si absque illa concedatur, valida erit talis concessio, licet non licita. Prima pars probatur: quia vel privilegium est derogativum legem, vel juris tertii; & sic requiritur aliqua justa causa ut licitè impendatur; quia est quædam dispensatio legis,

quæ absque justa causa illicitè confertur: & tunc est contra justitiam distributivam, aliquos eximere, ex quo plus alii graventur, absque rationabili causa; & multò magis si privilegium juri alterius tertii deroget, in quo alteri damnum infertur. Vel est purum beneficium Principis, & etiam hoc justam exigit causam, pro sui concessione: quia licet non sit contra legem aut jus tertii, argueretur Princeps de vitio prodigalitatis, & acceptionis personarum, aliisque invidiæ, & perturbationis fomitem ministraret. §. Quæ autem sint causæ sufficientes, pro tali concessione? vide quæ diximus *tract. xi. de legib. cap. 5. num. 73.* Pro dispensationibus, quæ applicari possunt privilegiis, illud certum judicamus sufficere pro causa, bonum privatam, cum privilegium sit lex privata: & etiam remunerationem scientiæ, virtutis, &c. quia hoc etiam cedit immediatè in bonum commune, & aliquando, quod Princeps se mitem, & liberalem ostendat, ut diximus de dispensatione *ibid.* & semper, ac Princeps privilegium concedit, præsumendum est, ex justa causa procedere; cum in eo non debeat præsumi delictum, præcipuè si ex proprio motu, & certa scientia procedat. Et quando bona fide subditus illud petit, tutus in conscientia potest esse utendo illo, hoc ipso, quod Princeps concedat; cum præsumere debeat, ex justa causa illud concessisse. Sic Authores citandi *num. seq.*

7. Secunda verò pars, quoad validam privilegii concessionem, non requiritur causa, si ve sit purum beneficium,

Valet privilegium

absque
causa ex-
peditum.

ficium, sive contra jus, sic probatur. quia semper est de re, quæ ex sola voluntate Principis, legem ferentis dependet: unde sicut ipse poterit, vel legem tollere, vel coarctare; etiam absque ulla causa, sic potest per privilegium, aliquos ab obligatione legis eximere; uti de dispensatione à Legislatore, vel Superiore concessa, diximus loco citato num. 63. Quod etiam tenuimus, tom. 2. tract. 9. de matrimonio, cap. 14. à num. 20. & docent Suarez lib. 8. de legib. disput. 17. sect. 4. nu. 29. Palaus de legib. tract. 3. disputat. 4. punct. 5. num. 1. & 2. Nost. Antonius à Spiritu sancto in Direct. Regular. tractat. 1. disputat. 1. num. 24. Noster Petrus ab Angelis in speculo privileg. disputat. 7. sect. 9. num. 3. An vero cessante causa, ob quam privilegium est concessum, cesset ipsum privilegium? diximus loco citato de matrimonio, nu. 27. & de legib. nu. 88. & cap. seq. etiam dicemus. Quæ autem occultatio causæ, vel falsæ illius narratio videtur referri potum, faciatque privilegium invalidum, diximus loco citato de matrimonio, agentes de dispensationibus, pro impedimentis illius c. 14. nu. 31. quæ modò non oportet repetere.

Non requiritur
clausula
derogatoria
juris, ut
privilegium
contra
jus concedatur.

8. Rogabis quartò, An sit de ratione privilegii, quod est contra jus, seu quod ab observatione legis eximit, ut in ejus concessione, per formalia verba derogetur juri communi? §. Respondetur negativè: si privilegium non potest habere effectum, nisi derogando juri communi, vel nisi jus commune resistat privilegio, cum clausula, non obstantibus quibuscumque privilegii in contrarium. Vel denique nisi pri-

villegium sit contra consuetudinem aliquam: aut legem municipalem, cui non venietur Princeps derogare, nisi de illa expressam mentionem faciat, cum clausula derogativa illius. Plures partes habet assertio, singulas probabimus. Probatur in primis, privilegium contra jus commune, non qualificatum per clausulam resistentem privilegii, non indigere ad sui valorem, clausulâ derogativâ juris communis; nititurum, non obstante quacumque lege in contrarium. Quia Princeps nõ præsumitur ignorare jus commune, c. 1. de constitutionibus in 6. ergò dans contra illud privilegium, in actu exercitio vult illi derogare: aliàs præsumeretur nihil efficere velle, sed tantum concessione inutilem facere, & constat ex c. in his, de privilegiis. Vbi rejicitur quædam interpretatio privilegii, per quâ inutile reddebatur. Quare sive ex certa scientia, sive ex motu proprio, privilegium sit concessum, sive nõ, absque clausula derogatoria non obstantibus, suum habebit effectum. Tambur. de jure Abbas. tom. 1. disp. 16. quest. 7. n. 1. & 3. Portel. in dubiis Regular. ver. privilegium, n. 13. Palaus sup. punct. 10. n. 9. Pellizzar. tract. 8. c. 1. n. 13. Suarez l. 8. c. 14. n. 4. & 5. Anton. à Spiritu S. loc. cit. n. 26. Sed hoc ut diximus, nisi privilegium non possit aliquem effectum sortiri absque tali derogatione, Si verò potest esse utile absque illa, non habet vim derogandi juri communi, nisi cum clausula expressa illud extendente, etiam contra jus commune, ut docent prædicti Authores. §. Ex quo inferitur privilegium, quod uni juri derogat, non esse extendendum

Quando
clausula
revoca-
toria ju-
ris com-
munis
requira-
tur in
privile-
gio?

dum contra alterum, si contra læsionem alterius utile esse potest.

9. Secunda verò pars resolutionis, nimirum quòd si jus commune sit qualificatum & munitum per clausulam resistentem privilegiis, ut sunt plura decreta Tridentini, in quibus clausula, *non obstantibus quibuscumque privilegiis, &c.* reperitur; debeat per clausulam derogatoriam juris communis esse qualificatum (nisi ex certa scientia, & motu proprio expeditum sit, ut infra hoc *cap. n. 40.* dicemus) ut vim habeat. Probatum: quia quando jus resistit privilegiis derogando, seu revocando illa, nisi privilegium huic juri deroget, cum clausula dicta fortificato, nullum robur habebit: quia clausula illa juris communis, omnis efficacia privilegiis tollitur: & sic quamdiu illi clausulae per oppositam non derogatur, nullius erit efficacia; aliàs frustranea esset talis clausula in jure, si per privilegium nudum ejus non revocatorium tolleretur. Et hoc verum est etiam si privilegium redderetur inutile: quia præsumendum est Principem nolle juri communi derogare, hoc ipso, quod absque derogatoria, derogatoria, illud expediat; sed tantum satisfacere importunitati petentium. Suarez *c. 14. n. 16.* Palaeus *n. 10.* Pellizzar. *n. 13.* Antonius à Spiritu *S. n. 28.* Tambur. *n. 4.* Portel. *loc. cit. at. §.* Sed improbable non erit, adhuc privilegium habere robur, etiam contra jus, illa clausula, *non obstantibus*, qualificatum; quia per istam clausulam juris, solum revocantur privilegia ad illud antecedentia, non verò, quæ post illud feruntur; & sic non redditur frustratoria, cum deroget

antecedentibus privilegiis, contra talem legem, licet adversus privilegia postea concedenda vim non haberet, quod amplius ex infra dicendis constabit.

10. Tertia denique pars, nimirum, quòd per privilegiū nudū non derogatur cōsuetudinib⁹, vel legibus particularibus, nisi per clausulam, *nō obstante quacumque consuetudine, vel statuto contrario*, fuerit munitū, probatur. Quia Princeps non præsumitur leges particulares, aut consuetudines scire, ut constat ex *eod. c. 1. de constit. in 6. ob idque diximus tr. 11. de leg. c. 4. nu. 14.* per legem generalē, non abrogari consuetudinem, aut legem particularem, nisi de eis fiat expressa mentio. Quare, licet ex certa scientia, & motu proprio tale privilegiū concedat; nō præsumitur, per illud velle principem juribus, aut consuetudinibus particularibus derogare, nisi cū clausula derogativa illorum. Sic præcitati Authores. Sed hoc intelligendum est, dū modo statutum, vel consuetudo particularis non contrarietur juri communi; si enim illi contrarietur, cū privilegium sit juri communi conforme est latè interpretandū; siquidē est favorabile, & sic intelligendum est cōtra illud jus municipale, maxime si ex motu proprio, & certa scientia procedat; quia lata explicatio ejus favet juri communi, & sic non est rejicienda. Palaeus *punct. 10. n. 4.* Suar. *l. 8. c. 28. n. 16.* Bonacina *de privileg. dispus. 1. q. 3. punct. 7. §. 1. n. 8.* Salas *de leg. disp. 20. sect. 10. n. 90.* Pellizzar. *tract. 8. c. 1. num. 146.* Tamburin. *tom. 1. disp. 16. quest. 5. n. 10.*

Kk 3

PUNC-

PUNCTUM II.

An privilegiatus teneatur uti privilegio
sibi à jure, vel à principe concessio?

Privile-

gio par-
ticulari
per se ne
mo tene-
tur uti.

11. **A**D hoc breviter responde-
mus: quod si privilegium
est in commodum particularis, illo
non tenetur uti; sed illi renuntiare va-
let, quia nemo tenetur uti privilegio
sibi concessio, eo quod, *quæ in gratiam
alicujus concessa sunt, non debent in ejus
damnum retorqueri regul. 61. juris in 6.*
nisi cedat in grave damnum suum illo
privilegio non uti; ut si non osten-
deret privilegium exemptionis, mor-
te plecteretur: vel nisi cederet in
damnum alterius, ut si haberet privi-
legium non solvendi decimas, eo uti
teneretur, si per talem solutionem
redderetur impotens ad solvendum
creditoribus. *Diana part. 9. tract. 1.
resolut. 19. Bassæus in floribus, verbo pri-
vilegium cap. 2. num. 5.* Et idem est si
privilegium ita sit in commodum il-
lius, ut ejus non usus cedat per se in
incommodum alterius; & sic uxor
non potest fidejussione obligari,
absque consensu viri, & filius fami-
lias non potest debita solvere, sine li-
centia patris. *Salas disp. 27. sect. 2.
n. 25. Diana & Bassæus loco citat. Pel-
lizzar. tractat. 8. capite 1. numero 84.*
Diximus per se: si enim ex consequen-
ti dumtaxat, alterius incommodum
sequatur, non tenetur ob id privile-
giatus uti privilegio; ut quando privi-
legium per se Religioni, vel Mona-
sterio concessum, ex consequenti fa-

mulis, & servis illius: conceditur &
privilegium concessum domino, ex
consequenti ipsum communicanti-
bus est concessum non tenetur eo uti
privilegiatus, etiam si ex consequenti,
ex non usu illius, alijs sequatur in-
commodum, per amissionem com-
modi, quod ex usu illius consequi po-
terat, ut tenent authores citati. Pri-
vilegio autem in bonum commune
concesso, ut privilegio immunitatis
Ecclesiasticis & alijs Religionis in
communi impensæ, quilibet in parti-
culari tenetur uti, nec illi valet re-
nuntiare: quia non potest particula-
ris renuntiare, quod sibi directe con-
cessum non est, esto illo fruatur *Cap.
si diligenti. de foro competenti. Cap. si
contingat, de sententia excommunicati-
onis, ut omnes Doctores tenent.*

12. Sed inquires primo. An
quando actus, qui alias erat illicitus, quid in
hac que-
stione lu-
beatur
certum. efficitur licitus per privilegium, si ille
actus legi subjiciatur, privilegiatus
teneatur uti privilegio? v. g. tempore
interdicti illicita est auditio Sacri,
habes privilegium, vel bullam, qua
talis auditio tibi licet; venit dies fe-
stus, quo auditio sacri cadit sub præ-
cepto: teneberisne uti privilegio, &
audire Sacrum? vel poteris privilegio
renuntians, ab auditione abstinere?
Et idem est de alijs exemplis infra as-
signandis. § Circa quam quæstio-
nem, ut certum supponimus, quod si
impedimentum allatum, sit mere
personale, quo ablato urget lex, &
præceptum, tenetur privilegiatus eo
uti, & legi se conformare. Es in car-
cere detentus, & tibi conceditur, ut
eas ad Ecclesiam die festo; teneris au-
dire

dicere Sacrum, quia impedimentum illud est personale. Avila de censuris part. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 6. num. 54. Noster Petrus ab Angelis in speculo privilegiorum disp. 5. sect. 8. numero 8, habet mulier nupta votum castitatis, quod ante matrimonium, vel post illud emisit, vir ejus in adulterium incidit, posset alias non recedere ab eo, vel si recessit, cum eo reconciliari; sed quia solum personaliter ex conjugio erat impedita, ab observatione voti ablato illo impedimento, & adquisito jure ad recedendum ob adulterium viri, non potest cedere privilegio recedendi, sed debet non remittere conjugio adulterium, & votum servare. Palaus tract. 3. disputat. 4. punct. 7. num. 3. Sylvest. matrimonium 7. quest. 5. dict. 6. Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 6. num. 14. Suarez. de legibus lib. 8. cap. 23. num. 8.

13. Loquimur ergo, quando impedimentum obstandum observationi legis est commune, ut interdictum quod impedit missam dicere, vel audire, nisi hoc habeatur ex privilegio; vel si quis esset infirmus, incarceratus, aliove modo detentus, & non posset ad Ecclesiam accedere pro dicenda, vel audienda missa, haberet tamen privilegium, ut eam in oratorio privato dicere, vel audire posset; an iste in utroque casu posset renuntiare tali privilegio, & ab auditione Sacri desistere? Et quidem, si privilegium sit ex jure communi concessum, per quod in communi fuit impedimentum sublatum, haud dubium est teneri privilegium eo uti, ut preceptum observet, ut in festivitibus, in

quibus suspenditur interdictum ex jure communi in capite Alma Mater de sententia excommunicationis. Et in omnibus diebus, pro Ecclesiasticis Personis, pro quibus in prædicto jure conceditur, ut possint dicere, & audire Sacrum, cum conditionibus ibi positis, & à nobis tract. 10. de censuris explicatis, ut ibidem cap. 6. num. 64. probavimus, quia jam respectu illorum, ex jure communi est ablatum impedimentum illud interdicti, & sic est privilegium commune, cui singuli renuntiare non possunt.

14. Sed quando privatim per privilegium aufertur impedimentum, ut in duplici casu numero precedenti allegato, per privilegium personale, licet plures authores satis probabiliter dicant teneri privilegium uti in eo casu privilegio & Sacrum audire, ut præcepto illo die urgente satisfaciatur; probabilius oppositum diximus loco citato, adductis pro hac sententia Cornejo, Avila, Victoria, Llamas, Conincho, & Diana. Quod etiam modo asserimus: quia melius erit se juri communi conformare cedendo privilegio & observando interdictum, & quia tam istud, quod concedit, ut audire Sacrum possit tempore interdicti; quam illud ut possit illud audire, vel dicere in oratorio privato, est privilegium mere personale, cui ipse renuntiare valet; alias in onus cederet, quod in favorem erat concessum, & sic in utroque casu, non teneri missam audire docent Peñalzar. tom. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. num. 154. Diana 9. part. tract. 1. resolut. 19. Escobar. in


Tbe-

Theolog. Moral. tract. 1. exam. 11. c. 11. n. 97. Metola tom. 3. disp. 6. cap. 6. dub. 22. n. 132. Ledelma tom. 1. de Sacram. Euchar. cap. 27. conclus. 16. Homobon. in respons. casuum conscientia, volum. 1. resp. 41.

Quando teneatur confessor uti privilegio ab absolvendi a censuris vel reservatis.

15. Inquires secundo. An habens privilegium absolvendi a casibus vel censuris reservatis, teneatur uti privilegio, & ita absolvere a casu, vel censura reservata pœnitentem, cujus confessionem audivit, vel illum remittere possit ad Superiorem, cui casus reservatus est? § Aliqui probabiliter docent non teneri pœnitentem nec a censura, nec a casu reservato absolvere, Henriquez veto lib. 7. de indulgentiis cap. 28. num. 2. & in commentario littera I. distinguit inter censuram, & casum reservatum; & ab hoc dicit teneri eum absolvere, ne cogat pœnitentem iterum confiteri: tunc vero a censura, a qua, a Superiore extra confessionem absolvi potest. Caterum quis non videat nullum esse hoc discrimen, cum Superiori nisi cœco modo procedat, a censura non absolveret, nisi cognito delicto, ob quod in eam cecidit, & sic cogeret pœnitentem extra confessionem, iterum culpam coram Superiore dicere, quod est quid durius, & magis absurdum. Quare dicendum est, regulariter teneri confessorium uti privilegio, & tam a censura, quam a peccato reservato pœnitentem absolvere; quia alias cogeret eum bis peccatum manifestare, quod est gravissimum onus, & incommodum, & ut diximus n. 11. tenetur privilegiatus uti privilegio, quando ex ejus

non usu alteri sequitur damnum, vel detrimentum. Diximus regulariter, quia ob justam, & rationabilem causam potest confessorius privilegio in dicto casu non uti, ut si pœnitens sæpe in eadem peccata reservata incidere soleat, vel ex alia simili causa, Quia tunc propriè non dicitur renuntiare privilegio in præjudicium pœnitentis; sed potius in favorem animæ ipsius, ut in futurum cautior sit in committendis talibus peccatis. Angelus verbo Confess. n. 28. sine. Metola disput. 6. cap. 6. disp. 2. num. 69. Rodriguez in explicat. Bulla cruciata, §. 9. n. 142. Petrus ab Angelis in specul. privileg. disp. 5. sect. 8. n. 10.



PUNCTUM III.

De multiplicitate privilegiorum in communi.

16. **N**on agimus in præsentibus, de diversis privilegiis, quæ circa diversas materias sunt concessa pluribus, & diversis personis. Hæc enim minimè possent ad numerum reduci; sed in communi, de diversis speciebus privilegiorum, quorum naturam scire necessarium est, pro dicendis toto hoc tractatu. Dividitur ergo primo privilegium in reale, & personale, Secundo in gratiosum, & remuneratorium. Tertio in affirmativum, & negativum. Quarto in generale, & singulare. Quinto in favorabile, & odiosum. Sexto in scriptum, & non scriptum. Septimo in concessum

Diversa species privilegiorum recensentur.

lum pro foro externo, vel solum pro foro conscientia. Octavo in absolutum, & conditionatum. Nono in personale, & locale. Decimo in temporale, & perpetuum. Quas species, modò suo ordine declarabimus.

Persona-
le privile-
gium
explica-
tur.

17. Igitur ad primam divisionem deveniendo, sciendum est, quod licet omnia privilegia convenient praecise personis, quia illa dumtaxat capaces sunt illa recipiendi; aliqua tamen sunt privilegia, quae privatis personis, ut talibus sunt concessa; & ista dicuntur *personalia*. Alia conceduntur ratione qualitatis inventae in persona, seu illi adjunctae; & talia dicuntur *realia*, quia ratione rei conveniunt personae, ut quae loco, officio, dignitati, aliisque similibus annectuntur, quae non personae ratione sui, sed ratione illius rei, quae est in illa conveniunt. Inter quae plura dantur discrimina: unum est, quod personale privilegium, respicit commodum privatum personae, cui proinde ipse renuntiare potest. Reale vero respicit bonum commune, & sicà particularibus nequit renuntiare. Aliud, quod personale sequitur personam, & cum ea spirat, non vero transit ad alios, *cap. privileg. in de regulis jur. in 6.* Sed reale sequitur rem, duratque toto tempore, quo res durat, & transit ad omnes, in quibus res invenitur, *l. Imperatores, ff. de publicanis.*

Res, cui
annecti-
tur pri-
vilegium
explica-
tur.

18. Res autem cui annectitur privilegium, aliae dicuntur corporeae, ut Ecclesia, Monasterium, &c. Aliae incorporeae, ut Episcopatus, Doctoratus, Clericatus, Monacha-

tus, &c. unde omnia privilegia concessa Universitati, Civitati, Collegio, Monasterio, &c. sunt realia; quia licet convenient singularibus personis; non vero quatenus singulares sunt, seu ratione ipsarum personarum; sed ut partes sunt illius communitatis. Unde hoc ipso, quod desinant esse partes illius, tale privilegium amittunt. Similiter concessa minoribus, pupillis, viduis, militibus, &c. quia respiciunt illas personas singulares, non quatenus tales sunt, sed ratione illius qualitatis communis adhaerentis. *Salas de legibus, disp. 17. sect. 2. n. 9. Suarez de legibus, lib. 8. c. 3. à n. 3. Basil. de matrim. lib. 8. cap. 18. n. 4. & 6. Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 1. num. 2. §.* Unde fit, quod cum ferè omnia privilegia concessa Regularibus, sint in bonum commune, & per se concessa, vel toti Religioni, vel alicui Provinciae, conventui, Ecclesiae, dignitati, vel particularibus non ut talibus; sed ut unum in communi faciunt, ut quae conceduntur pro novitiis, confessoribus, praedicatoribus, &c. absque dubio sunt realia, & perpetua, transeuntque de persona in personam, quamvis singulares in ea variantur; quia faciunt unum morale, sicut aquae fluvij, quarum aliae decurrunt, aliae succedunt, unum tamen fluvium constituunt. *Bordon. tom. 2. resol. 5. art. 4. n. 13. Portel. in dub. Regul. verbo privilegium, num. 4. Rodrig. qq. Regul. tom. 1. q. 16. art. 14. Petrus ab Angelis in specul. privileg. disp. 1. sect. 1. n. 7.*

Omnia
privile-
gia Re-
gularium,
sunt rea-
lia.

19. §. Sed rogabis primo, quomodo sit

Ll

cognoscendum privilegium esse reale, vel personale? modo cognoscendum sit, quod privilegium concessum est personæ, vel rei illi adhærenti? § Responderetur, quod ex ipsis verbis privilegij id erit accipiendum. Si namque per se primo dirigatur ad munus, dignitatem, vel officium personæ, ut concedo hoc privilegium Episcopo Salmantino, Duci de Alva, &c. censendum est regulariter reale, & transmitti ad successores. Si vero dirigatur ad personam, eam nominando, ut si dicat, concedo tibi Petro vel Francisco, &c. personale. Diximus regulariter, eo, quod accidere potest, ut materia ipsius privilegij incapax sit, ut transeat ad hæredes, vel successores; & tunc erit personale, quantumcumque verba sonent: quia verba debent rebus accommodari. Layman, lib. 1. tract. 4. c. 23. n. 2. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 27. n. 3. Basil. lib. 8. c. 8. §. 1. n. 6. Similiter si officium nominetur, sed constat ex verbis, & materia privilegij, concedi ob specialem scientiam, & prudentiam, vel sanctitatem, etiam si persona non nominetur, privilegium erit personale, ut si dicat, Concedo tibi Episcopo Oxomensi ob prudentiam, scientiam, virtutem, nobis notam. Sanch. num. 3. Palau punct. 2. §. 1. n. 3. Et idem est, si expressa personam, aliquid addatur, quo perpetuitas, vel successio ad hæredes denotetur: ut si dicat: Tibi Petro Episcopo Salmantino, & successoribus tuis, nam tunc erit reale, non personale: & idem est si dicat, tibi in perpetuum concedo hanc facultatem, talis concessio est realis, & transit ad hæredes, quia licet tibi

concessio facta sit sub expresso nomine, successoribus tamen nomine implicito, & virtuali. Et ratio est: quia si ad successores non transit illa potestas: particula illa in perpetuum esset inutilis, & frustranea, quia hoc ipso quod sibi absolute concessum est privilegium sine ulla restrictione, intelligitur pro toto tempore vitæ: ergo ut illa particula in perpetuum aliquid operetur, debet successoribus illa facultas transmitti. Basil. lib. 8. c. 18. n. 5. Palau supra n. 4. Sua. de legibus, lib. 8. c. 3. num. 12. Antonius à Spiritu sancto in direct. tract. 1. disp. 1. n. 5.

20. Rogabis secundo, an in dubio, utrum privilegium sit reale, vel personale, judicandum sit esse reale, vel personale? ut si verba tam ad personam, quam ad dignitatem referantur, dicendo: Concedo tibi Episcopo Salmanticensi, ubi concessio ad personam, & dignitatem dirigitur, & ambiguum est, an ad personam tantum ratione ipsius, vel ratione dignitatis dirigatur? §. Responderetur, quod si privilegium sit favorabile, & nec juri communi, nec alterius tertij adversum, reale judicandum est: & sic extendendum ad successores. Tum, quia beneficium Principis late est interpretandum. Tum etiam, quia beneficium à Principe concessum, debet esse mansurum, regul. decet. 13. juris in 6. si vero sit odiosum, quia videlicet, vel est contra jus alterius, vel contra jus commune, strictè est interpretandum, judicandumque personale, transiens

fiens cum persona : quia quæ à jure communi exorbitant, & sic odiosa sunt, strictè debent interpretari. Hieronym. Garcia in *polit. regul. tom. 1. tract. 8. ff. 1. dub. 2.* Diana 4. parte, tract. 3. *resolut. 5. 1.* Portel. verbo *privilegium, n. 4.* Salas *disp. 7. sect. 6.* Sanchez *lib. 8. disp. 1. num. 1. fine. & num. 4.* Suarez *lib. 8. cap. 3. num. 18.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disp. 1. num. 6.* Petrus ab Angelis *disp. 1. sect. 1. num. 5.* Bonac. *disp. 1. quasi. 3. punct. 1. num. 7.* Advertunt tamen hi authores, quod, qui habet majorem probabilitatem esse privilegium reale, non personale, vel e contra, pro parte majoris probabilitatis stare deberet; quia illa major probabilitas est quædam moralis certitudo, & majus jus confert: addit vero Palaus, *tract. 3. disputat. 4. punct. 2. § 1. num. 7.* Quod etiam, qui haberet pro una parte majorem probabilitatem, si pro alia habeat probabilem sententiam, potest quam maluerit sequi: quia id, quod est probabile, in ea ratione, qua est probabile tale est, ut quis prudenter possit illi conformari.

Aliqua adduntur doctrinæ præcedenti.

21. §. Addunt tamen Suarez, Bonacina, Salas, Palaus, Bassæas, Portel. Lezana, & Garcia, *locis citatis*, quod si possidenti privilegium, ut reale, oriatur dubium, an sit personale, & diligenter re examinata, adhuc dubium persistit, poterit illud reale reputare: quia in dubiis melior est conditio possidentis. §. Adverte tamen, quod si privilegium sit in favorem Religionis, & causæ piæ

expeditum, tamen si juri communi deroget, late est interpretandum, & sic in casu dubii reale præsumendum: Quia summum jus est, quod pro Religione facit, l. si persona, ff. de Relig. & sumptib. tenet Suarez *cap. 27. num. 7.* Garcia *loc. cit. Palaus num. 5.* Laurentius Peyrinis *tom. 1. privil. ad constit. 10. Clement. VIII. num. 12.* & hujus generis sunt privilegia omnia Regularibus concessa, quæ late interpretanda sunt, ut dicemus infra. Ob idque judicanda sunt realia in casu dubij, ut tenent Hieronymus Garcia *loco citato dub. 2.* Henriquez *lib. 7. de Indulgentiis cap. 30. §. 1.* Rodriguez *qq. Regular. tom. 1. quasi. 11. art. 5.* Sanchez *consil. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 40.* Hynolosa *in director. decis. Regul. verbo privilegium, §. & sicut.*

22. Secundo dividitur privilegium, in *gratiosum*, & *remuneratorium*. Illud est in quo non habetur respectus ad aliqua merita ut realia, hoc quod in præmium, & satisfactionem ejus, parentum, vel consanguineorum est concessum. Nam dupliciter se potest Princeps habere in expeditione privilegii: vel purè gratiosè, quod non tollit respicere ad merita privilegiati, tanquam ad causam impellentem, seu moventem ad concessionem; benè tamen attendere ad merita ut merita, in quorum satisfactionem, & præmium intenditur privilegium concedi, vel ob talia merita, & in eorum quasi solutionem, & præmium; quia hoc dicitur *remuneratorium*,

Ll 2

illud

illud gratiosum. Palaus tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 3. num. 1. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. num. 2. Anton. à Spir. sancto tract. 1. disp. 1. num. 7. & ad hoc cognoscendum non sufficit mentio generalis meritorum; sed requiritur specialis, ita ut expressè dicatur, *ob hac, & illa merita, concedimus tibi presens privilegium*, ut inquit Pellizzar. loc. cit. num. 2. Petrus ab Angelis disp. 4. sect. 1. n. 6. Palaus punct. 2. §. 1. n. 6.

Omnia privilegia Regularium sunt remuneratoria.

23. §. Hinc colliges omnia privilegia Regularium esse remuneratoria, siquidem concessa sunt intuitu meritorum ipsorum, & eorum fundatorum, & in remunerationem obsequiorum, & laborum, quos in utilitatem, splendorem, ac defensionem Ecclesiæ sunt perpeffi, ut constat ex bulla Sixti IV. emanata 7. Kalend. Augusti. 1479. in favorem Prædicatorum, ubi inter alia dicitur: *Quos pro eorum amplissimis meritis, & uberrimis fructibus, quos in Dei Ecclesiam continuo operantur, pro cæteris paterna charitate diligimus, nostra considerationis intuitum dirigentes illis liberaliter concedimus, &c.* & ex bulla Pii V. sub dat. 27. Kalend. Julij 1567. pro omnibus Mendicantibus, ibi: *ac ex inde pro suis sanctis studiis, honestissimisque laboribus proque salute animarum, ab Apostolica sede, cujus continue pacem Ordines ipsi fortiter tuentur, tam spiritualia, quam temporalia subsidia, ornamentaque susceperunt, & accipiunt, &c.* Idem habet Paulus III. in Bulla quæ incipit, *Licet*

debitum, in concessione privilegiorum Societatis Jesu. Et Clemens VIII. in Bulla, quæ incipit, *Cum dudum*, pro Carmelitis Discalceatis. Et alia Alexandri IV. cujus initium est, *Patris aeterni benignitas*, pro Prædicatoribus, & Minoribus: Idecque privilegia Regularibus in communi concessa esse remuneratoria, tenent Rodriguez qq. regul. tom. 1. q. 6. art. 6. Mandosus in 13. regul. Cancellar. q. 8. n. 6. Bruno Cassaing. tom. 1. privileg. regul. c. 4. propos. 1. Peyrinis tom. 3. cap. 4. num. 24. Bordon. tom. 2. resol. 52. num. 26. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disputat. 1. num. 6. Petrus ab Angelis in specul. priv. disp. 4. sect. 1. n. 6. & est commune, de quo amplius cap. seq. erit sermo.

24. Tertio dividitur privilegium in affirmativum, & negativum, ratione materiæ privilegii. Illud est, quod facultatem concedit ad aliquid faciendum, hoc ad omittendum: ex quo apparet discrimen inter utrumque: quod cum actio, de qua est privilegium, & possit esse contra jus, bene concessa, ut ingrediendi Monasteria Monialium, comedendi carnes, vini, &c. Et possit esse præter jus, ut privilegium lucrandi indulgentias, eligendi Confessorem, &c. Privilegium affirmativum, & potest esse præter jus, & contra jus; at negativum semper est contra jus certum, vel saltem dubium; aliàs nihil concederet, cum quilibet possit omittere, quæ agere

nom

non tenetur. Unde colligunt, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 23. q. 3. Suarez de legibus, lib. 8. c. 1. Salas diff. 17. sect. 1. n. 5. Palaus diff. 4. punct. 1. n. 3. Peyrin. tomo 1. privileg. constitut. Pyrrii §. 2. n. 7. Joannes à Cruce de statu Relig. lib. 2. cap. 1. dub. 1. Bassæus in florib. verbo privilegium, §. 1. & 2. Hieronymus Garcias in Politic. regul. tractat. 8. diff. 1. dub. 1. num. 2. Quod quando privilegium concedit absolutè facultatem ad aliquid, ad quod jam ex se habebat illam, intelligendum est, ultra id ad quod habebat facultatem in eodem genere, v. g. dat Pontifex Episcopo facultatem ad testandum, intelligendum est de bonis Ecclesiasticis; nam de patrimonialibus jam ipse habebat illam. Concedit Generalis facultatem Priori subditum puniendi, vel aliqua bona alienandi, intelligendum est, ultra id, ad quod ipsius facultas erat jam extensa, quia aliàs nihil concederet tale privilegium. §. Verù est dari etiam privilegia declarativa juris, vel facultatis jam concessæ, ut quando jus dubium est, & non obligat, nisi vel ex ignorantia, vel ex scrupulo alicujus; & tunc privilegium illi concessum, non est propriè tale, cum non sit concessio alicujus facultatis, quam antea non haberet; sed est declaratio facultatis incognitæ, quam habebat: operaturque ut securè, & absque scrupulo, aut trepidatione operari possit. Sic citati.

Privilegium commune, & sin-

25. Quartò dividitur privilegium in commune, & singulare. Illud est, quod immediatè in bonum commune conceditur, quàmvis ex conse-

quenti cedat in commodum particularium; ut quod primo & per se, pro communitate expeditur, & inde ad singulas personas illius communitatis derivatur; non quia singulæ, & privatæ personæ sunt; sed quia sunt partes illius communitatis, ut privilegia clericis concessa ne ad tribunaia sæcularia trahantur, & omnia, quæ Religionibus in communi conceduntur, vel alicui conventui, aut Provinciæ in particulari. Et huic privilegio communi nemo particularis potest renuntiare, cap. si diligenti de foro competentis, cap. contingat, de sententia excommunicationis. Quia nemo renuntiare potest, quod sibi directè concessum non est, esto illo fruatur. §. Singulare est, quod ob commodum personæ singularis cõceditur, etiam si pluribus concedatur, non ut constituunt communitatem, sed ut sunt singulæ personæ, ut privilegia Bullæ cruciatæ. Huic autem privilegio quilibet cedere potest, cap. ad Apostolicam, de regular. l. si quis in conscribendo, C. de pactis. Quia si in commodum ipsius privilegium est expeditum, ipse Dominus illius constituitur, illicque proinde potest renuntiare, nisi privilegium in gratiam unius, cedat etiam alterius in favorem, & unum ab alio non possit separari: quia nõ potest alterius gratiæ cedere, ut privilegium uxoris, ut non possit obligari fidejussione, nisi de consensu mariti: & privilegium filii familias, ut non possit debita solvere, nisi de consensu patris, sub cujus est patria potestate, ut num. 11. dicebamus, & tenent Bona-

gulare
explica-
tur.

cin. disput. 1. quest. 3. punct. 1. num. 10.
Suarez lib. 8. cap. 6. num. 1. Salas disp.
17. sect. 2. n. 24. Palauus disp. 4. punct. 2.
§. 4. n. 2.

Odi-
sum, &
favo-
rabi-
le pri-
vilegium
explica-
tur.

26. Quintò dividitur in *favorabile*,
& *odiosum*. Illud est, quod absolute
concedit aliquam gratiam vel facul-
tatem, sive ultra jus, sive contra jus,
sed in nullius gravamen redundan-
tem, ut faciendi testamentum sine
juris solemnitate, audiendi Missam
tempore interdicti, vescendi carni-
bus diebus prohibitis, &c. odiosum
est, quod etsi privilegiato commo-
dum afferat, aliis cedit in præjudi-
cium: ut privilegium non solvendi
decimas, exemptionis à jurisdictione,
habendi plura beneficia, privilegium
concessum ad lites, maxime si sit ut
semot à appellatione procedat: quia talia
favent privilegiato, & respectu illius
sunt favorabilia, & secundum hanc
rationem, inspecto quoque dumtaxat fa-
vore, possunt late interpretari: aliis
verò præjudicium afferunt, & sic sunt
absolute odiosa: ideoque qua parte
cedunt in damnum tertii, sunt strictè
interpretanda. Layman. lib. 1. tract. 4.
c. 23. n. 13. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. nu.
7. Lezana tom. 4. verbo privilegium, n. 2
Antonius à Spiritu sancto tract. 1. di-
sputat. 1. num. 10. Suarez lib. 8. cap. 6.
num. 5. Palauus tract. 3. disput. 4. punct.
2. §. 4. n. 3.

Privile-
gia Re-
gulari-
bus con-
cessa esse
favora-
bilia

27. Etsi fortè quæras, an omnia
privilegia Regularibus concessa in
communi sint favorabilia? §. Respō-
detur affirmativè, loquendo de illis,
quæ vel Religioni in communi, vel
Communitati alicui, vel Conventui
in perpetuum conferuntur, etiam si

sint contra jus commune, vel etiam
contra jus Parochiale, vel Episcopa-
le. Et probatur primò §. Quia omnia
obpiam causam Religionis, & in re-
munerationem obsequiorum sunt
concessa, ut num. 23. dicebamus, &
summa ratio est, quæ pro Religione facit,
l. sicut persona. ff. de Relig. & sumptibus
funer. Secundò, quia sunt Constitu-
tiones perpetuæ, quæ non conce-
duntur uni, aut alteri personæ, sed
Religioni, quæ perpetua est, & nun-
quam moritur, & sic habent vim le-
gis, ac si essent in jure expressæ, æqui-
valentque legibus in jure communi
insertis, quæ favorabiles sunt. Ob id-
que licet ante concessionem dicantur
odiosa, & contra jus commune;
concessa tamen jam sunt de jure Cō-
muni. Tertiò, quia nulli præjudiciū
afferunt, ut latius infra num. 85. dice-
mus; non quidem Pontifici, quia ipse
potest, & ampliare jura, & limitare,
& censetur juri suo cedere, hoc ipso,
quod privilegia, quæ videntur in ejus
præjudicium cedere, concedat. Non
juri Episcoporum, aut Parochorum,
nam læsio supponit actum justitiæ, &
Papa nullius justitiæ lædit: nam
cū omnis potestas spiritualis ab eo
dimanet in alios, vel saltem eam ha-
beant dependentem ab illo; eam am-
pliare, vel restringere potest, per pri-
vilegia. Non denique Juri Commu-
ni, nam ipsa sunt Jus Commune, ut
jam diximus.

28. Quartò, quia Papa conceden-
do hæc privilegia, quod intendi per
se, & principaliter, est favorem con-
cedere, licet ex consequenti, & quasi
per accidens sequatur damnum alte-
rius,

Idipsum
alia ra-
tione, &
auctori-
bus pro-
batur,

rius, & sit odiosum illi, ut in privilegio canonis concessio Ecclesiasticis in communi, quod dicitur absolutè favorabile, in gratiam, & favorem clericorum, licet percutientibus sit odiosum: & quia in eo principaliter, quod attenditur, est favor à Principe, & per accidens sequitur odium aliorum, de hoc non est curandum, & sic est absolutè favorabile: similiter ergo dicendum est in præsentia. Ita Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 1. nu. 16. Henriquez lib. 7. cap. 22. num. 3. & cap. 24. num. 4. Bonacin. de privilegiis, disp. 1. quest. 3. punct. 7. §. 1. num. 5. 6. & 7. Tambur. de jure Abbat. tom. 1. disput. 16. quest. 5. n. 14. Azor. part. 1. l. 5. cap. 23. quest. 3. Petrus ab Angelis disput. 1. sect. 2. num. 4. Moronus consil. 99 à n. 119. Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 10. num. 5. & 6. Layman. lib. 1. tract. 4. c. 23. num. 5. §. dixi autem. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. num. 142. Suarez lib. 8. cap. 27. num. 7. Bordon. tom. 2. resolut. 32. num. 26. & resolut. 52. num. 18. Quæ doctrina maximè valet in privilegiis, quæ in favorem animarum conceduntur, ut in privilegiis comedendi carnes, seu lactici- nia tempore prohibito, recitandi ante horam debitam, confitendi, audiendi confessiones, vel absolvendi à casibus reservatis, vel eligendi confessorum, prædicandi, &c. quia etsi prima facie videantur in præjudicium Episcopi, vel Parochi; hoc præjudicium non est considerabile; imò non est præjudicium, sed potius Episcoporum adiutorium, & levamen. Ut inquit D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. q. 5. & Pater Suar. lib. 2. de leg.

6. 34. n. 15. & nos latius infra nu. 85. & 86. hujus capituli dicemus.

29. Sextò dividitur privilegium *in scriptum, & non scriptum*. Illud est quod per scripturam conceditur; & licet pro foro conscientie non requiratur scriptura, ut jam dicemus, nec aliqua exhibitio privilegii, in forma authentica; sed sufficit sibi constare, vel probabiliter de illo judicare, sive quia ipse ore tenus accepit, sive quia in aliquo libro impressam vidit, vel ab aliquo viro docto audiit: & ideo Leo X. concessit (prout refert Bassæus verbo privilegium 1. nu. 8.) Minoribus, ut possint in foro conscientie uti omnibus privilegiis concessis à sede Apostolica, sive per Bullas, aut Brevia, aut viva vocis Oracula, prout in libris Ordinis reperiuntur, ac si omnia specificè fuissent tunc expressa. Quæ omnia, pro majori conscientie securitate, de novo concessit. Attamen ut fidem faciat privilegium pro foro externo, debet exhiberi per scripturam authenticam, & sigillatam Principis sigillo: Cujus si transumptum deducere velis, debes citare pariter eum cuius interest; alioquin nullam fidem faciet transumptum, sic deductum ex originali. Verumtamen post Clementem V. in omnibus privilegiis specialiter concessis Religionibus, apponunt Pontifices clausulam, ut transumptis eorum, etiam expressis habeatur integra fides; si subscripta sunt manu Notarii publici, & munita sigillo personæ in dignitate constitutæ. At Julius II. unum ex his duobus sufficere concessit, in Bulla, quæ incipit: *Nihil est, quod sapius*, prout refer-

Non requiritur scriptura pro foro conscientie, bene tamen pro foro externo, & qualis pro isto sufficiat.

fertur in compendio privilegiorum, §. 18. ubi sic dicit: *Præterea, ut omnia quam firmissima sint, qua vobis Apostolica sedes elargita est proprio motu, & scientia, atque de plenitudine potestatis, volumus, statuimus, decernimus, ut hac nostra concessio, & quacumque alia, vel tibi, vel tuo Ordini facta, sive per se, sive per communicationem, quam fecimus cum aliis Ordinibus, eandem omnino vim, ac efficaciam perpetuo habeant, tam in iudicio, quam extra iudicium, ac si plumbis sigillo obfirmata essent. Quod intelligi volumus tam de his, qua in forma Brevis, quam de aliis, qua per supplicationem expedita sunt: in quibus placuit, ut sola signatura sufficeret. Nec hoc privilegium Julii II. censeretur revocatum, per hoc quod Pontifices sequentes utrumque expostulent, & subscriptionem Notarii, & sigillum personæ in Dignitate constitutæ; quia hoc intelligitur, nisi aliud sit specialiter concessum. Rodriguez *quest. regul. tom. 1. quest. 8. art. 6.* Bruno Cassaing. *tract. 1. cap. 3. proposit. 3.* Palaus *tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 5. num. 1.* Imò addimus sufficere, ut exhibeatur privilegium pro foro externo, in forma probante, quod vel sic subscriptum Notarii, vel alicujus Prælati manu, vel in libris Ordinis instrumenta reperiantur confecta, vel privilegium reperiat in aliquo libro impressum, uti fuit decisum per sacram Romam, & latè probat cum Naldo, & aliis Bordonus *tom. 2. resolut. 52. num. 54.* & Nos *infra n. 59.* latius dicemus.*

Potest
acquiri

30. Privilegium non scriptum, est quod absque scriptura confertur; ne-

que enim scriptura pro privilegio requiritur; ut *num. 58.* dicemus, & constat *ex cap. institutionis 25. quest. 2.* Glossa Clement. *dudum; de sepulturo.* Sufficit ergo, quod ore tenus concessum sit à Superiori, quod dicitur *viva vocis oraculum*, sive quod per consuetudinem sit introductum; & dicitur *privilegium ex consuetudine.* Sicut enim per consuetudinem, potest jus acquiri ad tributa, vel iurisdicção comparari, *cap. contingat, de foro competentis;* sic etiam exemptio, & privilegium: ut constat *ex cap. super quibusdam, de verborum significatione.* Consuetudo namque, sicut vim habet, vel in totum, vel in partem legem abrogandi, ut diximus *tract. 11. de legibus, cap. 6. num. 37.* ira etiam jus novum acquirendi, & talis abrogatio, vel juris acquisitio privilegium est: & ideo in aliquibus privilegiis Bullatis, solent hæc verba reperiri: *Concedimus, & indulgemus, ut possit potiri omnibus, & singulis privilegiis, quibus alii fruuntur, quomodo libet sive de jure, aut consuetudine.* In quo supponunt Pontifices, posse per consuetudinem acquiri privilegium. Ita Suarez *lib. 8. cap. 7. 2. num. 5.* Palaus *§. 5. num. 2.* Pellizzari. *tract. 8. cap. 1. num. 23.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disput. 1. num. 3.* Petrus ab Angelis *in specul. privileg. disput. 2. sect. 2. num. 28.* Bonacin. *disput. 1. quest. 3. punct. 1. num. 3.* Bruno Cassaing *tract. 1. cap. 2. proposit. 3.* Sala. *disput. 17. sect. 2. num. 22.* Navarr. *lib. 3. consil. consil. 1 §. de Regul. num. 4.* ubi sic inquit: *Possessio, & consuetudo immemorialis vim habet privilegii; ita ut si quis allegaret, aliqua sibi*

sibi competere ex privilegio Papa, ad quod probandum litteras Apostolicas non haberet, probando consuetudinem immemorabilem, probaret privilegium à se alatum, secundum omnes. Quod tempus debeat intercedere, quot actus, ut tale privilegium per consuetudinem acquiratur? diximus tract. 11. de legibus, cap. 6. num. 15. & 18. ubi etiam num. 31. diximus, quod ut consuetudo, vel abroget legem præcedentem, vel novam inducat (& idem est de privilegio per consuetudinem acquisito, vel contra jus, vel præter jus concedente facultatem) non requiritur alius consensus Principis, præter jam expressum in cap. ultim. de consuetudine, & in l. de quibus, ff. de legibus, quod etiam tract. 9. de matrim. c. 11. num. 28. latè probavimus.

Revocatis privilegiis, non censentur revocata per consuetudinem acquisita.

31. Sed hic notandum est, quod quamvis privilegium ex consuetudine introductum verè tale sit; non ob id, quoties revocantur privilegia circa aliquam materiam, censentur revocari quæ sunt alicui ex consuetudine comparata: quia nomen privilegii, pro privilegio specialiter à Principe concessio, communiter accipitur. Et ob id in materia odiosa, qualis est revocatio, aut restrictio, non debent venire privilegia à Principe non concessa specialiter, qualia sunt ex consuetudine acquisita Bonacin. numero tertio, Salas numero vigesimo secundo. Suarez numero decimo quinto. Palau numero quinto. Cæterum si fiat extensio, vel augmentum favorabile, possunt consuetudines, sub nomine privilegii comprehendere, quia verè privilegia sunt: & sic talis

favor potest illis applicari. Quare per generalem communicationem privilegiorum, de qua agemus puncto septimo, non solum communicari aliis Religionibus omnia privilegia uni specialiter concessa; sed etiam per consuetudinem acquisita, deducitur ex Authoribus citatis, & expressè docent Noster Petrus ab Angelis in specul. privileg. disputatione secunda, sectione secunda, numero vigesimo octavo, & Pater Donatus tractatu septimo, questione 16. ab illo citatus.

32. Septimo dividitur privilegium in illud, quod datur pro foro conscientie tantum, & pro foro externo. Primum solum deservit, ut tuta conscientia, uti illo possit privilegiatus: at nihil in foro externo prodest; sed ita se debet gerere exterius, ac si nullo privilegio gauderet. Privilegium autem pro foro externo (quod semper præsumitur si absolute concedatur, nisi aliud constet ex verbis, vel materiae qualitate) tam pro illo, quam pro conscientie foro deservit, & sic securus erit in utroque foro, qui per illud operatur. Illa enim particula pro foro externo non apponitur ut excludatur forum internum, sed ut ostendatur suffragari etiam pro externo. Sed hoc intelligendum est, si privilegium sit verè tale, & non subreptitiè quæsitum: istud namque licet pro foro externo proficiat, quia in illo iudicatur verum, quamdiu non constat de opposito; nititur tamen falsæ præsumptioni, & sic in foro conscientie, quod veritati nititur prodesse non valet. Pellizzarius tractat. 8. capite 1. numero 2. Palau loco

Explicatur privilegium pro foro conscientie, & externo.

citat. numero 4. Quare omnia privilegia Regularium, pro utroque foro suffragantur, ut constat ex Bullis Pauli IV. Gregorij XIII. Sixti V. & Clementis VIII. concedentium, ut possint illis uti, tam in iudicio, quam extra, tam in foro conscientiarum, quam externo. Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disp. 1. num. 18.* Bordon, *tom. 2. resolut. 52. num. 18.*

Forum
pœnitentiale
non est
solum
intra
sacra-
mentum
pœnitentiarum.

33. Sed est difficultas in presententi, an quando privilegium conceditur, pro foro pœnitentiali, uti eo possit privilegiatus, extra Sacramentum pœnitentiæ? Supponendum est triplex forum distingui ab authoribus, *contentiosum*, quod dicitur externum: *pœnitentiale*, & *quasi pœnitentiale*, quod est forum conscientiarum, & hoc non requirere forum Sacramentale, omnes dicunt; cum multa extra illud exerceri possint, quæ favorabilia sunt conscientiarum, nisi materia privilegii aliud exoptulet; ut si sit ad tollenda peccata, quæ solum auferri possunt in foro pœnitentiæ. Hoc supposito dicimus privilegium *pro foro pœnitentiæ* concessum, etsi aliqui probabiter dicant non prodesse extra confessionem Sacramentalem; verius est etiam extra Sacramentum prodesse, nisi materia aliud exoptulet: ut quando malum, quod tollendum est, non possit aliter tolli, nisi per Sacramentalem pœnitentiam, quod solum est malum culpæ. At si sit malum pœnæ, ut pœnitentia, censura &c. quæ tolli possunt extra confessionem, privilegium pro foro pœnitentiæ concessum, prodest extra confessionem, pro illis malis pœnæ auferendis: quia pœnitentia Ecclesiastica

sæpe extra confessionem Sacramentalem imponitur, & auferitur; ut cum aliquis ab excommunicatione solemniter absoluitur; talis absolutio pœnitentialis est, & in foro pœnitentiæ datur, & tamen non datur in foro Sacramentali. Sic Sylvest. Rosella, & Antonin. Tabien. Quos refert, & sequitur Suarez *lib. 2. de legibus capite 6. numero 15.* Palauus *tractat. 3. disputatione 4. punct. 2. §. 5. numero 6.* Quod adeo verum iudicant, ut etiam si indultum committatur Sacerdoti confessorio; non debet ob id intelligi exercendum necessario in Sacramento pœnitentiæ, quia illis verbis solum innuitur qualitas personæ eligendæ, non vero quod actualiter debeat eo uti in confessione.

34. Octavo dividitur privilegium *in absolutum, & conditionatum.* Illud dicitur, quod absque ulla conditione, aut onere conceditur, & impertitur. Hoc vero, quod vel sub conditione, aut sub onere alicujus operis faciendi conceditur. Et solum est difficultas, quando omissio operis, sub cuius onere conceditur privilegium, irritet illud. Ad quod dicimus, quod vel opus imponitur per modum *conditionis rigorosæ*, & tunc fit, quando opus injunctum antecedere debet ad usum privilegij; ut pro usu privilegij Bullæ Cruciatæ requiritur antecedere eleemosynam pro lucrandâ Cruciatâ præscriptam: & tunc nullum est privilegium, non præstito opere, sub cuius onere datur; quia privilegium non operatur ultra intentionem concedentis: sed hoc ipso, quod concedatur sub tali conditio-

ne, Princeps illi conditioni suam mentem alligavit: ergo, &c. Vel impositum fuit per modum *modi* & *oneris* annexi? Et tunc valet privilegium, etiamsi opus *in junctum* non apponitur, uti de matrimonio sub modo, & onere celebrato diximus in ejus tractat. capite 7. numero 5. & tunc per modum *modi* aut *oneris* censetur, quando opus *in junctum* exercendum est post usum ipsius privilegii, ut absolutus à reservatis, cum obligatione postea comparendi, aut hoc vel illud efficiendi, manet vere absolutus, etiam si postea non compareat, licet in hoc mortaliter peccet. Virtute privilegii dispensatus fuisti in votis, vel remissionem peccatorum obtinuisti; sed sub onere postea efficiendi aliqua opera; vel lucratus es indulgentiam plenariam impositis aliquibus oneribus, etiamsi postea hæc non efficias, dispensatus, & absolutus, & lucratus es indulgentiam; quia jam privilegia sortitum fuit suum effectum, & fuit absolute datum, & onus subsequens imperatur ut onus, non ut conditio: sicut si Bertha contrahat cum Petro, ut doceat, ut patrem defendat, manet matrimonium validum, etiamsi Petrus hæc postea non exhibeat, ut ibidem diximus. Sic Suarez lib. 3. capite 13. à numero 4. Bonacina disputatione 1. quest. 3. punct. 4. numero 2. Azor. 1. part. lib. 12. capite 5. quest. 3. Salas disputatione 16. sect. 10. Pellizzar. tractat. 5. capite 1. num. 56. Palus disputatione 4. punct. 2. §. 7. numero 2. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disputatione 1. numero 31. Ex quo sequitur, quod si in privilegio dicatur, ut possit hoc vel illud facere, petito consilio alterius, si

non petat, non valet privilegium; valebit tamen, si petito consilio illud non sequatur, nisi in privilegio nendum consilium, sed exigatur consensus: quia aliud est consilium ab altero petere, aliud verò ejus sequi consiliū. Suarez num. 6. Palus num. 3. & 4. Pellizzar. n. 22. Salas, & Azor, loco citato.

35. Sed excipitur à supradicta doctrina (nimirum non valere privilegium nisi conditione impleta, sub qua fuit expeditum) quando conditio apposita in privilegio est de illis quæ juri communi insunt ut forma; si enim talis conditio, de jure non requiratur, ut forma, etiamsi non apponatur, valet privilegium: at non valebit, si ut forma à jure communi talis conditio exigitur, nisi ea apposita: Quare omisio talis conditionis solum operabitur, ut valeat, vel non privilegium; si ex jure communi talis conditio exigitur vel non substantialiter ad actum: quia tunc non intendit Princeps novam formam inducere; sed certiore facere de eo, quod secundum jus commune, seu æquitatem faciendum est. Cujus duplex exemplum reperies: unum in tract. 10. de censuris, c. 2. n. 24. ubi diximus valere absolutionem à censuris virtute Bullæ Cruciatæ, aut Jubilæi, quamvis illicite fiat, etiamsi impendatur non satisfacta parte; tamen in Jubilæo aut Bulla dicatur posse absolvi satisfacta parte, & non aliter: quia cum talis conditio habeatur ex jure communi, ad absolutionem censurarum, & non ut forma, & ut valide fiat, sed ut licite; non aliter requiritur in privilegio. Secundum habes tract. 9.

Man-
dans im-
plere
condi-
tionem
privilegii
non vi-
tiam ip-
sum.

de matrim. c. 3. n. 101. ubi diximus valere matrimonium celebratum à procuratore, non præmissis denuntiationibus, quamvis mandans, seu dans illi potestatem, non aliter dederit, nisi ut celebret præmissis denuntiationibus. Quia cum talis conditio habeatur ex jure communi, ad licitè, non ad validè contrahendum; sic esse appositam in mandato, nisi aliud constet, esse judicandum.


Privilegium locale, & personale exponitur.

36. Nono dividitur privilegium in personale, & locale, De personali jam diximus numero decimo septimo. Locale est, quod Ecclesiæ, Collegio, hospitali est concessum, & est reale, & sic transit de persona in personam: illoque gaudere possunt omnes, qui temporis successu monasterium vel Ecclesiam possident, donec omnino destructa sint, sine spe refectionis; nam si spes subsistat reparationis, adhuc post destructionem perdurat privilegium, & censetur adhærere solo argumento ex l. ad sacra, ff. de contrahend. emptioibus, & Glossa in cap. pastoralis 7. questione secunda, Layman. libro primo, tractatu quarto, cap. 23. numero secundo. Lezana tomo quarto, verb. privileg. numero quarto. Garcia in polit. regul. tomo primo, tractatu octavo, ff. 1. dub. 2. num. 1.

Perpetuum, & temporale privilegium explicatur.

37. Decimo dividitur privilegium, in temporale & perpetuum. Perpetuum est, quod absolutè, & absque ulla determinatione temporis conceditur alicui Dignitati, Religioni Ecclesiæ, Monasterio, &c. & sic omne privilegium reale, absque ulla determinatione temporis datum, perpetuum est: & ideo, quando Princeps

vult ad tempus durare, illud determinat; proindeque si absolutè expeditur, in perpetuum expeditur censetur. Temporale est, quod vel pro temporis duratione datur, vel particularibus personis, ut talibus conceditur; quia ut diximus numero decimo octavo, privilegium personale, solum sequitur personam, & cum ea extinguitur: Durat tamen pro vita illius, (nisi aliud exprimat) hoc ipso, quod absolutè concedatur; ob idque dicitur vitale. Sic communiter Doctores.



PUNCTUM IV.

Diversa clausula explanantur, quæ solent in privilegiis Pontificum reperiri, vel in eorum confirmationibus, & revocationibus.

38. PRÆTER diversas species privilegiorum, quas puncto precedenti explicuimus, dantur aliæ quasi species eorum, quæ proveniunt ex diversis verborum formulis, quibus conferuntur, revocantur vel confirmantur, quas oportet scire. Quia cum tota vis privilegii ex verbis, quibus expeditur dependeat; necessarium est scire quid hæc vel illa verba significant, sub quorum tenore solent frequenter concedi. Frequentiores formulæ, seu clausulæ sunt istæ: *ad instar, ex motu proprio, ac certa scientia, de plenitudine potestatis, appellatione semota, non obstantibus, dummodo non ex confidentia, vel non censeantur revocata, nisi de hysdem de verbo ad verbum men-*

Clausula frequenter censetur.

tio fiat, quorum tenores, quatenus sunt in usu, quatenus sacris canonibus ac decretis Tridentini non adversantur, sup- plentes omnes & singulos defectus, pror- sus eximimus ac totaliter liberamus, de- cernimus irritum, &c. ex tunc prout ex nunc: non sint commissa in contemptum clavium, per quas omnes breviter per transibimus.

De privilegio ad instar.

Explica- tur pri- vilegium ad instar, & varia eius con- ditiones.

39. Illud dicitur privilegium ad instar, quod ad similitudinem, & ex- emplum alterius concessum est, ut si concessio alteri privilegio, tibi dica- tur, concedo tibi privilegium idem, quod Petro concessi, hoc ad instar illius est expeditum; ita ut omnem limitatio- nem, & extensionem, quam habuerit Petri privilegium, tuum. Pellizzar. tract. 8. capite primo, num. 23. Garcia tractatu 8. diff. 1. dub. 3. numero primo. Bonacin. disputatione prima, questione tertia, punct. 7. §. 1. num. 20. Quare ad valorem privilegii ad in- star, requiritur necessario, ut privile- giū illud, ad cuius similitudinem est concessum, habeat ab initio effe- ctum, & valorem, & sit verè privile- giū; aliā nulla erit concessio. Sua- rez de legibus, lib. 8. cap. 1 §. num. 2. Pa- laus tractatu 3. disputatione 4. punct. 2. §. 8. numero primo. Bonacin. & Garcia loco citato. Qui hoc bene limitant, quando Princeps in hoc privilegio ad instar expressit quid concedat, di- cendo; Concedo tibi hanc facultatem dispensandi in votis, carnes comedendi, &c. sicut habet Petrus. Tunc licet Petri privilegium sit nullum, tibi con- cel-

sum valet: quia concessio facta, satis- que explicata, per illam particulam ad similitudinem, non irritatur; non enim apponitur ut conditio, sed ex- emplum gratia. §. Similiter si Petri pri- vilegium aliquando fuit validum, & firmum, & amissum fuit, & diminu- tum, aut renunciatione, aut alio mo- do, privilegium ad instar, etiam gene- raliter concessum, absque explicatio- ne materiae, firmum perseverat; quia concessio facta videtur ad instar illius facta, quod Petro concessum fuit, & existimabatur haberi. Pelliz- zar. num. 25. Palus numero quarto. Ex quo inferes, quod si aliqua Religio extinguatur, cui concessum fuit ali- quod privilegium; alia, quae cum illa communicabant, quibus proinde ad instar fuit concessum, illo profruan- tur, ut puncto septimo, dicemus. §. Ac denique si auferatur, diminuatur, aut omnino tollatur privilegium exem- plare, post concessum ad instar; non ob id istud diminuitur aut tollitur: quia solum dependet ab exemplari in fieri, non in conservari, eo quod vo- luntas concedendi privilegium ad instar solum attendit privilegium Pe- tri in exemplum, secundum statum, quem habebat tempore concessio- nis: & sic ex variatione postea suble- quenti in exemplari, non variatur privilegium ad instar. Lezana tom. 4. verbo privilegium, num. 24. Garcia n. 1. Peyrin. tom. 1. privileg. constit. Pyrthi §. 11. num. 52. Portel. in dub. re- gular. verbo privilegium, num. 17. Ro- driguez quest. regul. tom. 1. quest. 9. art. 9. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disputatione prima, num. 34.

M m 3

Ex

Ex motu proprio.

Diversitas inter privilegium ex motu proprio concessum, & ad instantiam partis.

40. Privilegium ex motu proprio concessum, differt ab eo, quod conceditur ad instantiam partis; quia istud conceditur, quando propter instantiam privilegii, vel alterius ejus partes gerentis conceditur à Principe, alias non concessuro: illud est quod Princeps à se motus independenter à qualibet intercessione, concedit. Nec ob id à tali gratia, vel privilegii concessione excluditur petitio privilegii; potest namque ab eo peti, & tamen privilegium non expediti ob ejus petitionem, tanquam per causam formalem, sed ex mera voluntate Principis, quia conceditur ex ejus voluntate sicut est petitum; non quia petitum est. Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 1. num. 6. Suarez lib. 8. de legibus, cap. 12. num. 6. & 7. Cæterum, quia talis motio, & voluntas Principis, non potest constare nisi ex ejus expressione; quia continet universalem negativam, nimirum, ex nullo alio motum esse, cujus probatio est moraliter impossibilis, nunquam gratia censenda est motu proprio concessa, nisi hoc in ipsa concessione exprimat, ut constat ex cap. si motu proprio, de prabendis in 6. & tenent Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 8. Palaus tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 6. num. 2. §. Triplex datur discrimen inter privilegium ex motu proprio, & ad instantiam partis. Primum, quod cæteris paribus, illud semper est favorabilius: hoc vero magis odiosum, præsertim si gratia insolita sit, & extraordinaria,

Secundum, quod quando privilegium motu proprio conceditur, ordinariè suum effectum non ante consequitur, quam privilegiato innotescat cap. si tibi absenti de prabendis in 6. Privilegium autem, quod in gratiam petentis, per litteras, vel procuratorem conceditur; statim suum effectum sortitur, cum conferens annuit, vel voluntatem suam significavit, etiam hoc ignorante eo, qui postulavit. Sylvester verbo privilegium, quest. ultim. Bassæus eodem verbo, §. 1. num. 5. & 9. Pellizar. tract. 8. c. 1. n. 8. Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 36. n. 6. & Nos infra n. 69. dicemus.

Tertium discrimen, ab aliquibus Quod absolute assignatur, nimirum, quod privilegium motu proprio expeditum excludit omnem subreptionem, vel saltem præsumptionem illius: secus si ad instantiam partis concedatur, ut colligitur, ex cap. si motu, de prabendis in 6. Sed hoc cum grano salis est accipiendum. Vitium namque subreptionis potest provenire, vel ex taciturnitate veritatis alioqui explicandæ, ut si petens privilegium non exprimat ea, sine quibus non solet juxta stylum curiæ concedi; quibus cognitis, fortè non concederetur. Et hoc vitium subreptionis, per clausulam ex motu proprio, tollitur: quia tunc censetur Principem à se ipso motum concessisse, & velle supplere defectum ex parte informationis defectuosæ. Vel potest provenire ex falsæ causæ expressione, qua non stante, non solet concedi; ut si in petitione dispensationis dicatur puellam pati jacturam honoris, vel esse pauperem, vel man-
surata

suram innuptam, quod re ipsa falsum erat: tunc clausula motus proprii non tollit hanc subreptionem: quia quando falsa causa exprimitur, satis constat principem, illa informatum esse, & ex falsa informatione processisse, & non censetur concedere privilegium, nisi quatenus iudicat rem sic se habere. Cum ergo aliter sit, ac ipse existimat, efficitur non habere intentionem concedendi, & sic esse nullum privilegium. Menochius libro secundo, de arbitrar. centur. 3. casu 201. num. 80. Sanchez lib. 8. de matrimon. disput. 21. num. 47. & 52. Barbof. de clausul. clausul. 79. num. 19. Pellizzar. num. 18. Palau §. 6. num. 5. & 7. Layman. supra num. 8. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disputat. 1. num. 81. §. Et similiter non validatur gratia, etiam ex motu proprio concessa, si ex aliis capitibus sit subreptitia, vel nulla, vel ratione personæ; ut si alioqui inhabili concedatur, nimirum si beneficium impendatur excommunicato, illegitimo, puero, &c. non obtemperata prius dispensatione: quia hæc clausula motu proprio significat concedentem moveri à se, non ab alio, in concessione; non vero se dispensare in impedimentis, vel in inhabilitatibus, si quæ existunt. Sic citati Authores, cum Suarez lib. 8. de legibus, cap. 12. num. 14. in fine. Vel ex parte materiæ; ut si in præjudicium tertii expediatur: quia non est censendum concedentem velle juri acquisito derogare, nisi illius faciat mentionem. Et idem est, ob eandem rationem, si privilegium sit adversus consuetudinem, vel legem particularem. Sic omnes citati Authores.

Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.

42. Hæc duo ferè coincidunt, & eandem vim habere, omnes uno ore proclamant; de quibus infra plura dicemus. Igitur privilegium expediri potest, vel in forma communi; vel ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. In forma communi expeditur, quando Pontifex de negotio non bene instructus confirmat contractum, vel privilegium in eo statu, & prout antea erat, cap. quia diversitatem. de concessione prebenda. Et sic nec confirmat contractum nullum, aut privilegium, neque ei novum robur adjicit. Ex certa scientia concedens præsumitur procedere cum plena notitia illius negotii, & omnium circumstantiarum: ideo confirmat actum, aliàs ex defectu alicujus circumstantiæ nullum, eique addit novum robur, tribuitque validitatem, cap. 1. de transact. & sic ex certa scientia, quæ valuerunt, approbantur; quæ valida non sunt, recipiunt robur ex confirmatione. Tamburin. tomo primo, de jure Abbatum, disputatione 18. questione prima, numero septimo, Barbof. in collect. ad caput cum dilecta, numero decimo octavo, de confirmationibus. Et stante hac clausula, contraria omnia censentur sublata, absque alia derogatione, vel clausula non obstante. Barbof. de clausulis usu frequentibus, clausula 59. numero duodecimo, Tambur. supra quasit. 6. numero decimo quinto. Qui addunt, quod pariter operatur, ut id, quod confirmatur, si non fuit solemne, reddatur solem-

Clausula ex certa scientia declaratur, & ejus effectus.

solemne; itaut det robur quoad solemnitatem, sicut quoad validitatem: & ideo supplet omnes defectus solemnitatis, non provenientes à natura; quia Papa potest juris solemnitates supplere, sententiamque sine ordine judiciali prolaram, confirmare; supplendo juris positivi defectus, non tamen juris naturalis. *Abbas cap. ex litteris, de fide instrum. cap. ea que desunt, de re judicata.* In tertii vero præjudicium nihil operatur, maxime si sit in re alicujus momenti: neque etiam in his, quæ in facto consistunt, de quibus Princeps non præsumitur habuisse notitiam. *Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 4. num. 6. Barbof. claus. 59. n. 34. Ant. à Spir. S. tract. 1. disp. 1. num. 82.*

Quando ponitur clausula de plenitudine potestatis.

43. Idem ut diximus operatur clausula de plenitudine potestatis, & addit, ut ea posita nihil operari possit contra privilegium. *Barbof. clausul. 41. num. 21. Tambur. quest. 6. num. 29.* & sic de potestate absoluta rem minus validam, reddit validam, & efficit quod nullus inferior Ordinarius possit de validitate illius rei amplius cognoscere; & quod si quis iuste non possideat, incipiat iuste possidere, & habet vim novæ concessionis, ut ex Glossa, & Felino probat *Archangel. lib. 1. cap. 4.* sed istæ clausulæ solum habent vim novæ concessionis; quando privilegium fuit validum à principio, & postea revocatum, vel abrogatum fuit. Nam si privilegium fuit nullum à principio, & subreptitium; per sequentem confirmationem his clausulis muniram non confirmatur, nisi expresse dica-

tur, *Non obstante falsitate, & subreptione.* Circa quæ plura dicemus infra *cap. 3. cum de confirmatione privilegiorum agemus.*

Appellatione semota.

44. Ista clausula non excludit appellationem, à sententia interlocutoria; sed definitiva, ut diximus *hoc volum. tract. 15. cap. 7. punct. 1.* & tenet *Tambur. tom. 1. disp. 28. quest. 6. num. 60.* licet aliqui, etiam ad interlocutoriam, extendi asserant. *Hieronym. Garcia in Politic. regul. tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 6. num. 18. Sanchez consil. tom. 2. lib. 6. c. 3. dub. 2. num. 24. Lezana tom. 3. verbo clausul. num. 10.* & non intelligitur ut solum frivolum appellationem excludat, sed etiam legitimam, Frivola enim, ex jure ipso est rejecta, ut ibidem diximus; & ideo ut clausula aliquid operetur utramque excludere, est judicandum. *Tambur. num. 57. Peyrin. in expositione 7. const. Julij II. num. 3. titul. 1. Rodriguez. qq. regul. tom. 1. quest. 8. art. 13.* & hoc intelligendum est, nisi sit clara & manifesta injustitia, in re gravi, & multum onerosè gravans, ut ibidem *num. 17.* probavimus, & tenent citati Auctores. Eodem modo, quo tollitur appellatio per istam clausulam, etiam recusationem tolli censendum est: quia recusatio, & appellatio eodem modo in jure excluduntur, vel admittuntur, juxta dicta *loco citato num. 21.* ubi plura diximus de appellationibus, quæ per privilegia Regularium, sunt Religiosis prohibita.

Non

Non obstantibus, &c.

Quando 45. Hujus clausulæ effectus est tollere omnia, quæ dispositioni, in qua clausula est posita, obstare possunt: sed quando non obstantibus privilegiis in contrarium, non censentur revocata privilegia inserta in corpore juris, nisi dicatur, *non obstantibus omnibus, & singulis privilegiis*. Nam istæ dictiones, *omnes & singula*, adeo efficaces sunt, ut etiam privilegia juris communis contineant, & quæ aliis comprehensa non erant. Bordon. tom. 2. resol. 52. num. 13. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disp. 2. num. 85. Nec etiam extenditur ad privilegia, quæ habent clausulam, ut revocari non possint, nisi de eis fiat expressa mentio; nisi addantur alia verba, quibus voluntas derogantis amplius explicetur; nimirum dicendo, *Non obstantibus quibuscumque privilegiis, sub quacumque forma concessis, vel etiam si de verbo ad verbum debeat de illis mentio fieri, vel si dicat, non obstantibus quibuscumque derogatoriis derogatoriis*. Quia sensus hujus clausulæ est, ut per eam revocentur quæcumque privilegia, etiam si habeant clausulam, ut non censentur revocata, nisi de illis expressa mentio fiat. Lezana tom. 3. verbo clausula num. 42. Tambur. quest. 6. nu. 37. §. Neque extenditur ad privilegia per modum contractus concessa, nisi in ipsa revocatione dicatur, *etiam si per modum contractus*: nec derogat privilegiis ad pias causas, neque ea, quæ commiserationis causa, ob publicam utilitatem concessa sunt. Barbof. de clausulis, clausul.

83. num. 18. Tambur. num. 40. Lezana num. 44. Neque ad viva vocis oracula, quæ in odiosis non veniunt nomine privilegiorum; bene tamen in favorabilibus, nisi de eis fiat expressa mentio. Barbof. Tambur. citat. Antonius à Spiritu sancto num. 84. & idem est de privilegiis per consuetudinem acquisitis, ob eandem rationem, juxta dicta num. 31. Nec concessa à Conciliis generalibus, nisi de eis expressa mentio fiat, sub hac forma: *non obstante quacumque constitutione, sive lege à Concilio generali condita*. Pellizz. tract. 8. cap. 1. num. 98. Archangelus de privilegiis lib. 1. cap. 3. Peyrin. ad constit. 1. Sixti IV. num. 12. Imo addunt Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 27. num. 3. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 26. quod si privilegium contineatur in Tridentino, non sufficit privilegiorum revocatio, nisi fiat expressa mentio Trid. Circa quæ vide quæ latè diximus tom. 2. tract. 10. de censuris c. 2. n. 52.

Ex confidentia hujus indulti.

46. Hæc clausula, quando ponitur, ut nemo ex confidentia privilegii delinquat, excludit ea, quæ fiunt ex causa motiva illius, seu quando quis movetur ad delinquendum, ob confidentiam, quod per indultum liberabitur, ut de bulla compositionis, quæ non valet cum ex confidentia, v. g. omittitur officium divinum, diximus tractatu precedenti, cap. 2. n. 67. Cæterum quando talis clausula, in privilegio non apponitur, licet aliqui dicant subintelligendam esse, quia

Clausula ex confidentia declaratur.

Na

Pon-

Pontifex in suis privilegiis non intendit viam sternere pro peccatis, verius est oppositum, & quod possunt absolvi utique privilegiis, in quibus talis clausula non invenitur, qui ex eorum confidentia peccant. Quia cum Pontifex vult non valere suum privilegium, pro his, qui ex confidentia delinquant, id exprimit: ergo quando non exprimit, adhuc in eo casu valere intendit: aliàs clausula illa superflua esset, si etiam absque illa eundem effectum haberet. Lezana tom. 1. c. 18. n. 42. Lugo de pœnit. disp. 20. sect. 8. n. 130. Sanch. Summ. lib. 4. de voto, c. 54. n. 18. Suar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 21. n. 10. & 11. & lib. 6. de voto c. 13. n. 6.

Ut non censeantur revocata, nisi de eisdem de verbo ad verbum mentio fiat.

Dux a-
liæ clau-
sulæ ex-
plican-
tur.

47. Ut privilegium, simili clausula munitum, per subsequens revocari possit, requiritur & sufficit, ut in eo, clausula hæc revocatoria revocatoria ponatur: *Non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiamsi de eis de verbo ad verbum mentio fieri debeat.* Quia Summus Pontifex hoc modo loquendi, satis indicat velle privilegium revocare, quod semper ab ejus voluntate dependet. Secus verò de revocatione facta per clausulam generalem, *Non obstantibus*: quia per eam non explicat sufficienter Pontifex, velle privilegium sic roboratum, in firmare: aliàs frustra illa clausula in privilegiis apponeretur. Sylvest. verbo *Privileg. n. 10. & verb. Exemptio, §.*

11. Bonacin. disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 3. num. 11. Tambur. tom. 1. disp. 16. q. 8. num. 1. & 2. Cæterum sufficienter derogatur hujusmodi privilegio, per clausulam, *quorum tenores*, per quam ex curiæ observantia derogatur quibuscumque privilegiis, habentibus derogatoriis derogatorias, quæ inventa fuit, ut Papa possit derogare gratis, quarum notitiam non haberet. Tambur. num. 3. Gonzalez ad regul. 8. Cancellaria. Glossa 36. n. 3. Rota decis. 213. num. 1. part. 1.

Quatenus sunt in usu.

48. Hæc clausula, quæ solet poni in confirmationibus tantum, ea confirmat privilegia, quæ sunt in observantia, & retinent suum vigorem; non verò, quæ reddita sunt invalida, vel amissa per non usum, vel renunciationem: secus verò si sunt in usu, quàmvis reddita invalida, ex quocumque alio capite hoc proveniat. Suar. lib. 8. de legib. cap. 18. num. 16. Joannes à Cruce lib. 2. cap. 3. dub. 2. concl. 6. Tambur. tom. 2. disp. 17. q. 6. num. 1. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disp. 1. num. 71. §. At verò si per modum communicationis, vel ad instar aliquod privilegium prius concessum Mendicantibus, alicui ordini, vel Ecclesiæ conferatur, cum hac clausula: *quatenus est concessum*, non tenetur disquirere talis Ordo, num hujusmodi privilegium, tempore eoncessionis sibi factæ, esset in usu apud Mendicantes, necne? sive constet privilegium hoc tempore, quo dicitur Ordo, vel Ecclesia vult eo uti, esse

esse in usu penes Mendicantes; cum sic supponatur fuisse in usu, etiam eo tempore, in quo facta fuit concessio: si ve etiam non constet esse in usu, hoc ipso tempore; modo constet ante talem concessionem, fuisse aliquando in usu. (Sic enim præsumitur fuisse in usu tempore concessionis) secus si constet tale privilegium nunquam fuisse in usu; sic namque præsumitur non fuisse tempore concessionis. Rodriguez *qq. regul. tom. 3. quest. 52. art. 4.* Pellizzar, *tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 88.*

Quatenus sacris Canonibus, & decretis Concilii Tridentini non adferantur.

Clausula frequen-
tissima
declara-
tur.

49. Hæc clausula frequentissima est in bullis, quæ modo expediuntur, sed non sic intelligenda est, ut per sacros Canones intelligantur omnes, qui in corpore juris sunt inserti, plura enim privilegia, & frequentiora dantur contra jus commune Canonicum, & hæc confirmatio vel concessio cum tali clausula, nihil operaretur. Sed neque intelligenda est de Canonibus in Tridentino insertis, prout distinctis à Decretis, prout aliqui dicunt, arbitantes dictionem illam & quæ conjunctiva est, conjungere canones Concilii, cum ipsius Decretis, & de Canonibus, & Decretis Tridentini esse intelligendam: ut docent Tambur. *supra quest. 6. numer. 2.* Lezana *tom. 3. verbo clausul. num. 27.* Leander à Murcia *quest. select. super regul. num. 34.* Antonius à Spiritu S. *supra num. 71.* sed hoc minime est te-

nendum, siquidem contra Canones Concilii, qui res de fide continent, nullam datur privilegium, nec potest esse: significat ergo in præsentibus Canon idem quod Decretum Concilii; nam verbum Canon late sumptum significat idem quod regula, statutum, dispositio seu decretum. Nec est inconveniens, ut diversa verba, idem significantia, gemmentur, sed frequenter in Bullis dicitur: *Fruantur, potiantur, gaudeant*, quæ idem prorsus significant: & ob id aliqui Pontifices verbum *Canonis* omittunt: Sic Bordonus *resol. 52. num. 313.* Diana *3. part. tract. 2. resolut. 59.* Petrus ab Angelis *disp. 7. sect. 2. num. 18.* Donatus *tract. 11. q. 14. num. 5.* Hieronymus Rodriguez *in Compend. resol. 116. numer. 16.*

50. Sed quando talis clausula apponitur, non de omnibus Decretis Concilii intelligitur; sed tantum de illis, quæ resistunt privilegiis contra ipsa, seu in quibus est clausula: *Non obstantibus quibuscumque privilegiis*, & sic de illis, quæ à Concilio revocata sunt per dictam clausulam: hæc enim sunt, quæ simpliciter sunt contraria Tridentino, quæ ab eo revocata fuerunt. Et sic quando aliqua privilegia antiqua confirmantur, vel nova cum dicta clausula conferuntur, non habent vim contra Decreta Concilii, per clausulam *non obstantibus* munita; bene tamen contra alia, in quibus privilegia revocata non sunt, & sic tacite admittuntur. Joannes à Cruce *lib. 2. c. 3. dub. 6.* Pellizz. *tract. 8. c. 2. n. 81.* Petrus ab Angelis *n. 19.* Diana *p. 11. tr. 2. resol. 6.* Suar. *lib. 8. c. 18. num. 18.*

De qui-
bus Co-
ncilii De-
cretis,
clausula
dicta in-
telliga-
tur.

Bordon. tom. 2. resol. 51. n. 130. Lezana tom. 2. c. 1. n. 58. Tamb. supra n. 3. Hieronym. Garcia tract. 8. diff. 1. dub. 5. n. 5. Navar. in Manual. cap. 27. nu. 190. Thomas à Jesu de procuranda omnium salut. lib. 12. cap. 8. vers. sequitur. Qui idem dicunt de illa clausula: Dummodo constitutionibus Apostolicis non sint contraria, id est, per illa revocata: atque idem sentiendum iudicant de Bulla Pii IV. incipiente: In Principis Apostolorum Sede, qua revocet omnia privilegia, & indulgentia, quae Tridentini Decretis contrariantur: quia cum sit edita talis constitutio, ad maiorem observantiam, & robur Concilii; intelligenda, & explananda est, prout idem Concilium intelligitur & explicatur.

Supplentes omnes, & singulos defectus.

Triplex defectus qui suppleri, vel non suppleri potest, exponitur.

§ 1. Triplex defectus potest reperiri: vel naturalis, qui sequitur ex rei natura, uti est citatio partis in causis damnium tertii concernentibus: isti nunquam suppleri possunt à Pontificibus. Alii substantialis, ut quod rescriptum impetrans, non sit excommunicatus; quod non impetret per subreptionem, vel per fraudem; & neque isti supplentur per dictam clausulam, etiam si ex motu proprio expediatur, ut diximus num. 41. Alii dicuntur in praesenti defectus accidentales, illi nimirum, qui solum ex jure positivo exiguntur, quosque supplere potest Pontifex, & per istam clausulam intendit supplere. Barbof. de clausul. clausul. 177. nu. 158. Tam-

bur. tom. 1. disput. 16. quest. 6. num. 4. & 5. Rodriguez tom. 1. quest. regular. quest. 8. art. 15. Moneta, de commut. ultim. volunt. cap. 7. n. 158. Nec supplet defectus, qui concernunt personam supplicantis, vel contraheutis, prout nec supplet defectum causae. Barbof. n. 19. Tambur. n. 5.

Prorsus eximimus, ac totaliter liberamus.

§ 2. Clausula ista ob suam generalitatem, & derogat privilegiis privatam personae concessis, & etiam Communitati in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, aut per viam generalis legis, aut statuti perpetui, & excludit omnem interpretationem in contrarium, vel omnia, & singula, quae in contrarium excogitari possunt. Henriquez lib. 7. de indulgentiis cap. 27. num. 4. Tambur. num. 6. & 7. Peyrin. ad constit. 2. Sixti IV. num. 10.

Sine Parochiae praedictio.

§ 3. Quando Pontifex in privilegiis Alia dicit, vitandum esse parochiae praedictio ab exemptis, & privilegiatis, intelligendum est tantum circa decimas, & primitias Clericis, à laicis exhiberi solitas, prout declaravit Sixtus IV. sicuti refert Joannes à Cruce, l. 2. c. 5. dub. 7. conclus. 2. Tambur. sup. n. 18. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disp. 1. num. 77. Peyrin. de Privileg. ad const. Pyrrhi. n. 32.

Dg-

Decretantes irritum, &c.

Quando per clausulam a- Quis irritatur, 54. Per istam clausulam irritantur omnia, quæ in contrarium fieri possunt, per eamque forma inducitur: quæ non servata, actus ipso jure corrumpitur, & sic est nullus ipso jure, etiam parte non opponente; nisi actus ante illius Decreti interpositionem planè perfectus sit, & ligat etiam ignorantem, non solum si in eo Decreto dicatur: *scilicet, vel ignoranter*: sed etiam si non adsint hæc verba, quoad effectum nullitatis, non quoad pœnas in eo Decreto impositas. Quod procedit, si constitutio facta sit in proprio sive in forma communi, si causa cognita, si non cognita; tollitque præscriptionem & consuetudinem in præteritum inductam, & secundum aliquos, etiam in futurum. Barbof. *clausul. 40. à n. 2.* Tambur. *à n. 47.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. Glossa 67. à n. 12.*


Ex tunc prout ex nunc.

Alia clausula aperitur, 55. Habet hunc effectum ista clausula, ut actus postea factus, censeatur à principio factus; non tamen est retroactiva à die dati in præjudicium juris alteri quaesito, medio tempore. Barbof. *clausul. 61. n. 8. & 26.* Antonius à Spiritu sancto *n. 90.* Tambur. *à n. 51.*

Dummodo peccata non sint in contemptum clavium.

Quando in contemptu peccata 56. Non intelligitur quis peccare in contemptum clavium, & Ecclesiæ, ut inquit D. Thom. *2. 2. q. 186. art. 9. ad*

3. quando ex odio, iracundia, aliove affectu delinquit; sed quando non vult subijci clavibus, etiam si credat ad hoc teneri (aliàs esset hæreticus) & tunc non poterit uti privilegio, qui sic peccavit, nisi postea idem privilegium fuerit concessum sine ulla clausula, sed absolute. Nam generalitas posterioris sufficit ad revocandam limitationem anterioris, ut in privilegio concessio Religiosis ab Eugenio IV. & Bonifacio VIII. Quod postea Clemens IV. absolute concessit. Rodriguez. *tom. 1. quest. 20. art. 5.* Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. l. 2. c. 21. n. 10.* Hieron. Garcia *in Peltic. regul. tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 5. num. 1.*



PUNCTUM V.

De conditionibus requisitis, ut privilegium sit licitum, & validum.

57. **P**reter hucusque numeratas Scriptura pro privilegii valore non requiritur: est tamen conveniens. conditions, pro privilegiis valide aut licite accipiendis, tres aliæ restant explicandæ: nimirum, *scriptura*: quando necessaria sit *promulgatio & notitia* illius. Et loquimur de privilegio à Principe concessio: nam de eo, quod consuetudine comparatur, nullam scripturam, promulgationem, aut notitiam ejus, ad valorem requiri compertum est; sed solum actuum repetitionem, quibus consuetudo introducatur. Igitur scriptura, seu bulla, vel breve, per se necessaria non est ad privilegii, & gratiæ valorem, ut constat *ex Clementina dudum, de*

sepult. extravag. Esi domini de Penitentiis, & remissionibus, cap. constitutionis, 25. quest. 2. Tum etiam, quia totus illius valor, ex voluntate concedentis dependet, quæ verbis explicari valet, etiam litteris non expeditis. Lezana tom. 4. verb. privileg. num. 6. Tambur. tomo 1. disputat. 17. quest. 2. numer. 1. Rodríguez quest. Regular. tom. 1. quest. 7. artic. 1. Pelizzar. tomo 2. tract. 8. cap. 1. num. 6. Salas disput. 17. sect. 2. numer. 20. Bruno Callaing. tract. 1. cap. 2. proposit. 3. Sanchez lib. 3. de matrimonio disput. 35. num. 10. Necessaria tamen erit scriptura, tum ad probationem privilegii, cum alioquin sine ipsa difficile probari in iudicio possit; quamvis gratia concessa ab aliis, præterquam à Pontifice, suffragari possint, etiam in externo foro, si per testes sufficienter probentur, quia nullo jure oppositum invenitur sancitum: Mascard. de probationibus conclusione 845. num. 11. Azevedo lib. 2. titulo 25. nova recopilat. num. 2. Palau tract. 3. disput. 4. punct. 3. §. 1. numero 2. Tum etiam ad eius stabilitatem, & durationem. Tum denique ad eius intelligentiam; quippe quæ pendet ex tenore verborum, quæ si scripta sint, magis ad id deserviant, cum ex eorum proprietate, consecutione, aut collatione antecedentium cum consequentibus, vera mens concedentis conjiciatur.

Pontificum privilegia imperfecta si sine scri-

58. Diximus privilegia ab aliis, quam à Pontificibus concessa valere, si probentur pro foro externo, etiam si scriptura careant: nam privilegium Papæ oretenus concessum, in ordine ad iudicium in foro externo,

ante scripturam, censetur informe, & imperfectum; quia non habet necessariam perfectionem, ut ex eo iudicetur: ut habetur ex r. gul. 28. Cancellaria, & ex Gregorio XIII. regul. 50. Cancell. ubi dicitur: Nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio, vel extra suffragetur, antequam super ea littera Apostolica sint confecta, hoc est, nec in iudicio contentioso, nec extra iudicium, in foro tamen externo publico non suffragari. At gratia oretenus impetrata, in se formalis, & perfecta est, & in foro conscientia omnino valida est. Cap. si probe, de rescriptis in 6. cap. finali, de concessione Præbenda in 6. Pro foro igitur externo, necessarium erit in scriptis, & in forma probante, exhibere privilegium; quia in hoc foro nulli creditur sine probatione, cap. tua nos, de sponsalibus. cap. accepimus 4. de privilegiis. Unde beneficia à Papa obienta, ante expeditionem litterarum, jure non possidentur: & qui sine tali expeditione possidet, censetur intusus, & violentus possessor, nec illi prodest regula Cancellaria de annuali, & biennali, seu triennali possessione. Suarez lib. 8. de legibus. cap. 11. Bonac. de legibus. tom. 2. disp. 1. punct. 4. num. 49. Petrus ab Angelis in spec. disp. 2. sect. 3. num. 2. Ex quo colligitur, quod si Papa solo verbo aliquem pronuntiet Episcopum, licet statim sit Episcopus per pronuntiationem; verum non debet pro Præbato recipi, nec tractari, quin suam gratiam probeat. Navarrus in cap. accepta, de restitut. expoliator. opposit. 8. n. 30. quem sequitur Rodríguez tom. 1. quest. 7. art. 1.

In foro
externo
qualiter
probetur
privile-
gium.

59. Quomodo autem probandum sit in foro externo privilegium, diximus supra num. 29. addimus Leonem X. Dominicanis concessisse die 22. Novembris cum Generalis esset Eminentissimus Cajetanus, ut sufficienter probetur in foro externo, per transumpta, vel copias, manu publici Notarii subscriptas, & sigillatas: quod postea idem Pontifex ampliavit anno 1518. die 21. Junii; ita ut crederetur transumpto sigillo Ordinis munito, ut habetur in privilegiis Dominicanis fol. 187. & constat ex alio privilegio Julii II. Augustinianis concessio, ut fides in foro externo adhibeatur transumptis, munitis signo, & sigillo Generalis Ordinis, ac si essent plumbo signata. Hieronymus Rodriguez *resolut.* 116. num. 5. Joanne à Crucel *lib. 2. cap. 1. dub. 2. concl. 3.* Bordonus *tom. 2. resolut. 52. num. 34.* Navarrus, Donatus, & Portel. quos refert, & sequitur Petrus ab Angelis *supra numer. 3.* Ex quo sequitur, quod cum ex Pio V. possint Provinciales creare Notarios Religiosos, qui privilegia Ordinis transcribant, illorum scriptis tanta fides adhibenda est, quanta scriptis à Notario publico obsignatis, ut docet Portel. *verbo Notarius, num. 1.* & *verbo privilegium, numer. 79.* & latè probat Petrus ab Angelis *in compend. ordin. judicial. part. 1. cap. 3.* Etiam fidem faciunt in iudicio copiarum privilegiorum, typis excusæ in folio, vel in aliquo Bullario, vel in libris impressis probatorum Authorum, qui eas excerpserunt ex originalibus, vel ex transumptis Authenticis, ut fecit Confectus, Ro-

driguez, Laertius, Cherubinus. Sic Suarez *lib. 8. de legibus cap. 24. num. 7.* Pellizzar. *tract. 8 c. 1. sect. 5. q. 19.* Naldus *verbo Privilegium, num. 3.* Bordon. *sup. n. 53 & 54.* Portel. *privil. 3. & 79.* Et idem dicendum est, si integrum adducatur privilegium, vel aliqua ejus portiuncula, modò sit authentica aliquo ex modò dictis. Pater Donatus *tract. 2. q. 14. n. 3. & q. 13. à n. 8.* Rodrig. *tom. 1. q. 6. art. 18.*

60. Quod diximus num. 47, nimirum, privilegium etiam Pontificium, in foro conscientiarum prodesse, litteris non expeditis; limitandum est, quando in lege expressè non habetur gratiam, privilegium, aut licentiam nulla esse, nisi in scriptis concessa sint; tunc enim ore tenus habita, nulla erunt, & peccabit quis contra legem agendo: quia actus lege, vel consensu contrahentium, scripturam exigens est nullus, si scriptura careat, *l. contractus, C. de fide instrument.* juncta Glossa ibi: quia tunc videtur scriptura de forma actus, & actus sine forma non subsistit. Lezana *tomo 3. verbo clausul. numero 25.* Bonac. *de clausura quest. 4. punct. 3. numer. 2.* & hic *disp. 1. quest. 1. punct. 4. numer. 52.* Suarez *de Religione tom. 4. lib. 1. cap. 10 num. 15.* Delbene *tom. 2. cap. 19. dub. 37. num. 6.* Palau *disp. 4. punct. 3. §. 1. à num. 3.* Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 2. quest. 9 circa finem.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 3. disp. 6. num. 502.* Quare in sequentibus casibus non proficit privilegium, gratia, vel licentia absque scriptura.

61. Primò in beneficiis collatis, Quæ confirmatis, & unitis à Sede Apostolica,

Si in lege scriptura peritur ut proficit, non prodest privilegium absque illa acceptum.

fiones ad
sui valo-
rem scri-
pturam
requi-
rant.

lica, quorum possessionem nullus ap-
prehendere poterit, nisi litteris expe-
ditis, alioquin totum irritum erit, nec
suos fructus faciet, quin beneficio
privatur. Et non potest juvari annali,
biennali, vel triennali possessione;
quia censetur intrusus, & violentus
possessor. *Extravag. incurristi, de cla-
tionib. juncta Constitutione Pauli III.*
quæ incipit: *Cum vobis*, & Julii II, quæ
incipit, *Romani Pontificis*. Sed quia
istæ Constitutiones non extendun-
tur ad beneficia, ab Ordinariis im-
petrata, litteris non expeditis; poterit
illorum possessionem capere, fru-
ctusque facere suos. Azor, Bonacina,
& Palaus. §. Secundò, in facultate
non residendi in beneficiis habenti-
bus curam animarum, quæ ut valida
sit, debet in scriptis ab Ordinario ob-
tineri, secundum Tridentinum *sess.*
c. 25. de reformat. Bonacina, Lezana,
Palaus, *supra*. §. Tertio, in facultate
ingrediendi intra septa Monasterii
Monialium, quæ valida non est, sine
Episcopi vel Superioris respectivè li-
centia in scriptis concessa secundum
idem Tridentinum *sessione 25. cap. 5.*
de reformat. Bonacina, Lezana, Pa-
laus *supra*. §. Quarto, ex legibus
Hispaniæ, in remissionibus delicto-
rum: nam invalida est remissio deli-
cti, à Rege facta, antequam Rex suo
nomine, & sigillo obsignaverit re-
missionem, & duo Consiliariorum,
ex l. 2. tit. 25. lib. 8. nova compil. ut plu-
ribus ibi exornat Azevedo *à n. 2.*

Nostri
absque
licentia

62. Denique ex particulari jure
nostræ sacre Religionis *1. part. con-
stitut. cap. 12. num. 2.* Religiosi nostri,

quibus præcepto est prohibitus usus
carnium, extra domos nostras, abs-
que licentia in scriptis à Superiori-
bus obtenta, illis vesci non poterunt
absque peccato mortali: si oretenus
dumtaxat, & non in scriptis illam re-
cipiant; tum quia talis scriptura exigi-
tur, ut forma, ut licentia valeat: sicuti
ad beneficia, ingressum clausuræ, &
non residentiam, ut dicebamus in
præcedenti, absque forma autem, ni-
hil subsistere valet. Tum etiam, quia
non solum talis scriptura, pro foro
externo exigitur, ut constare possit
de illa, & non puniatur, qui eam non
ostenderit, ut aliqui perperam intel-
ligunt; sed ut maturius, & rarius talis
licentia concedatur; sicuti in ipsis
constitutionibus nostris *1. part. cap.*
15. num. 3. statuitur, ut præcepta à Su-
perioribus imposita, graviter non
obligent, nisi sub tali forma verborum,
in scriptis imponantur: & nul-
lus dicet valere præceptum, absque
scriptura: quia hæc ut forma exigi-
tur, & ut maturius, rariusque impo-
natur, uti docet N. Ant. à Spiritu S. in
*suo Directorio Regul. tract. 3. disp. 6. nu-
mer. 501.*

63. Veniamus ad alias duas condi-
tiones, pro privilegiis requisitas, ni-
mirum, *promulgatio*, & *notitia*, quarum
una sequitur ex alia. Dicimus ergò,
quod cum privilegium se habeat ut
lex, non respectu privilegiati, sed alio-
rum, qui vel ex jure naturali, vel po-
sitivo in privilegio contentum, obli-
gantur, ne impediunt usum illius; sic-
uti de ratione cujuslibet legis est pro-
mulgatio, ut latè in *tract. 1. 1. de legib.*
c. 1. nu. 37. probavimus; sic de ratio-
ne

in scrip-
tis extra
domos
vesci
carnibus
non po-
terunt.

Debet
dari al-
qua pro-
mulga-
tio pri-
vilegii.

ne privilegij promulgatio aliqua requiritur, seu publicatio, quatenus in aliis inducit obligationem: quia id in hanc partem habet rationem legis, aut præcepti, quæ obligare non possunt, ubi non est illorum notitia. Pellizzar. tract. 8. c. 1. num. 8. Palaus tract. 3. diss. 4. punct. 3. §. 2. num. 1. Hæc autem notitia (nisi privilegium sit universalis lege constitutum, ut latum in Extravag. 1. de reliquiis, & venerat. SS. & in cap. Si quis suadente Diabolo, de sentent. excommunic.) non debet communicari publicatione solemnī, ut in particularibus indultis, & rescriptis, concessis singularibus personis, singularum commodum, & favorem respicientibus, & etiam Communitatibus in bonum commune; sed sufficit singularis publicatio: ea scilicet, quæ sufficit privilegiatis, ad utendum privilegio, sufficit per se aliis, ne illius usum impediatur, quia unum sequitur ex alio Bruno Cassaling. tract. 1. cap. 2. propos. 2. Portel. in dub. Regul. verbo privileg. num. 9. Palaus num. 19. Pellizzar. num. 8. Mirand. tom. 2. q. 42. art. 6. §. Unde privilegium occulte concessum, & solum privilegiato innotescens debet aliis manifestari, ne illius usum impediatur, & ut teneantur non impedire. Quæ manifestatio fieri debet, vel ostensione publici instrumenti, vel probatione per testes (nisi privilegium sit notorium, non solum per tamam, sed per usum illius repetitum) omni exceptione majoribus, qui de concessione facta, & litteris expedita, testentur: vel saltem testentur privilegatum usum esse privilegio;

quamvis pro foro conscientiæ, minor probatio requiratur, & ea sufficiat, quæ virum prudentem, de privilegio certum reddere potest, tametsi dictum solius privilegiati non sufficiat: quia nullus in propria causa est testis idoneus, cui credere sit necessarium; quamvis ex urbanitate, aliqua ei fides adhiberi possit. Suarez lib. 8. de legib. cap. 24. n. 10. Pellizzar. num. 9. Palaus n. 1.

64. Loquendo tamen de privilegio respectu ejus, in cujus favorem expeditur, est difficultas, an valeat antequam privilegiatus illius notitiam habeat, illudque acceptet? Licet enim ut licite illo utatur, proculdubio notitia ejus requiratur; merito tamen dubitari potest, an quando actus ab eo faciendus esset nullus sine privilegio; si istud ante notitiam, habuerit valorem; tunc actus foret validus, etiam absque ejus cognitione? Dicimus ergo, quod licet Princeps possit dispensationem, vel privilegium concedere, quæ valeant nulla habita notitia à privilegiato; attamen nunquam sic concedere censetur, nisi exprimat; quare ejus concessio imbibit tacitam conditionem, si non resistas, si acceptes, & sic usque ad acceptationem valorem non habet, nisi ad petitionem partis, per litteras, vel procuratorem expeditur, de quo dicemus postea. Prima pars probatur: quia nulla est repugnantia, ut invitum, & nolentem Princeps habiliter, v. g. ad matrimonium, vel ab irregularitate liberet, vel ab obligatione jejuniandi, recitandi, missam audiendi, &c. quia hæc omnia ex Principis vo-

Privilegium licet valeat ante notitiam privilegiati, regulariter non valet.

O o luntate

luntate tantum sunt inducta, & sic ex illa possunt tolli absque subditorum consensu. Bassæus in floribus verbo privilegium cap. 2. num. 1. Antonius à Spiritu sancto tractatu 1. disputat. 1. num. 28. Layman. lib. 1. tractatu 4. cap. 23. num. 10. Palau tractatu 3. disput. 4. punct. 3. §. 2. num. 1. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. num. 10. Bonacin. de privileg. disp. 1. q. 3. punct. 3. num. 4. Salas disput. 20. sect. 14. num. 13. & 108. Suarez de legib. lib. 8. cap. 29. num. 19. Quare valida est dispensatio in voto castitatis, quam sponsus obtinuit, sponsa inscia illius: quæ tale votum habebat. § Secunda vero pars probatur: tum, quia privilegium, est quodammodo donatio quædam; donatio autem, absque consensu donatarij, non habet effectum: tum etiam, quia hoc expediens videtur rectæ gubernationi, ne contemnantur beneficia, & mercedes Principis, & ne dentur nisi volentibus, & petentibus, ac illorum indigentibus, Bonacin. num. 5. Palau num. 3. Pellizzar. num. 10. Suarez n. 13. Salas num. 12. Layman. num. 9. & 28. Antonius à Spiritu sancto num. 28. Azor tom. 1. lib. 5. c. 3. q. 7. & cap. 23. quest. ultim. Sanchez de matrimon. lib. 1. disp. 6. n. 10 & 29. & lib. 3. disp. 30. n. 13. & disp. 36. per totam.

Non requiritur notitia in singulis ad valorem privilegij communitati

65. Sed dicta intelligenda sunt de privilegiato directo, & per se, non de indirecto, & per accidens, sive ex consequenti; ut si Communitati, vel toti Religioni fiat concessio, non requiritur quod talis acceptatio, & notitia detur in singulis ad ejus valorem. Vel si statui Clericorum, non requiritur ut validum sit privilegium,

respectu singulorum, quod ipsi illius notitiam, vel acceptationem habeant: sed sufficit notitia, vel acceptatio à communi statu præstita. Et sic Clericus privilegio Fori, & Canonis potitur, etsi illud ignoret: & privilegio Regularium à statu Religioso in communi acceptata, profunt singulis, tamen illa ignorantibus: & qui obtinuit dispensationem de affinitate, consanguinitate, vel alio impedimento cum scemina, cum qua intendit contrahere, illa licet ignara, manet dispensata: quia privilegia, vel gratia concessa uni directè; in aliis per quandam consequentiam, & necessariam illationem, sequuntur: & sic eorum scientia, vel acceptatio non requiritur. Sic Sanch. de matr. lib. 8. disp. 26. n. 6. Henriq. lib. 1. de matr. cap. 3. n. 6. lutt. H. Pelliz. n. 11. Bassæus verb. Privil. §. 2. n. 1. Ant. à Spir. S. n. 28. Palau n. 9. Suar. n. 17. Bonac. n. 2, § Similiter privilegia data ratione officij, in acceptatione officij censentur acceptata. Addimus, quemlibet Religiosum particularem, posse acceptare privilegium favorabile Religionis, nisi forma illius obstet, vel de iur. lex, aut statutum in contrarium: quia per talem acceptationem, nullum inferatur præjudicium Religioni. Bordon. tom. 2. resol. 52. n. 57. Pell. n. 13. Ant. à Spir. S. n. 22.

66. Doctrinam traditam, nimirum quod ante notitiam, & acceptationem privilegiati, per se non valet privilegium, aliqui limitant. Primo: ut hoc intelligatur de privilegiis gratiosis, non de remuneratoriis, qualia sunt omnium Regularium, quæ etsi præcedenti

Tres limitationes ab aliquibus adhibitas præcedenti

doctri-
na.

expresse non acceptentur, nec detur eorum notitia; adhuc valere dicunt; quia tacite censetur acceptare mercedem, qui rem premio dignam operatur. Sic Escob. in exam. 15. Theolog. mor. tract. 1. titulo leges c. 2. Bruno Cassaing. tract. 1. c. 2. propof. 3. Bonac. sup. n. 15. Sanch. lib. 3. disp. 36. n. 3. Menoch. lib. 2. de arbitr. centur. 2. casu 185. n. 45. § Secundo limitant alij, ut privilegium ante acceptationem non habeat suam vim integram, & valorem: habere tamen dicunt aliquem effectum, nimirum, ut non possit à concedente revocari, fundati in cap. si tibi absentis, de prebend. in 6. Ubi collatio beneficii, absentis facta, quamvis non habeat integrum effectum ante acceptationem; revocari tamen non potest. Sic Decius c. 2. de constitut. in 1. lect. n. 44. Baldus in l. Beneficium, n. 15. ff. de constit. Principis. Cardin. in proem. Clement. verbo universitas, q. 5. § Tertio alij limitant, ut privilegium requirat notitiam, & acceptationem in privilegiato, secus vero in aliis, in quorum cedit incommodum: & sic privilegium suos sortiri effectus, licet ignoret illud is, contra quem privilegium obtinetur. c. de concess. preb. in 6. versicul. dicebas autem, ad finem, ubi sic dicitur: Nam si alicui à Sede Apostolica concedatur, quod excommunicari non possit, licet id forsitan suus ignoret Episcopus; non tamen propter hac ejus ligatur sententia. & infra: si alicui conferendi prebendam aliquam à Sede Apostolica tribuatur potestas, videtur quod sit Episcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. Et ratio id ipsum suadet: quia privi-

legium est gratia principis independenter à subditis, quibus ignorantibus, inao etiam scientibus, & contradicentibus, potest illam cui voluerit concedere. Sic Joannes à Cruce, de statu Relig. lib. 1. c. 1. dub. 3. concl. 3. Sanchez disp. 36. num. 5. Palaus disp. 4. punct. 3. §. 2. num. 7. Antonius à Spiritu sancto num. 28. Bruno propof. 3. in fine Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 185. num. 28. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. num. 12. Bonac. supra num. 14. & 15. Suarez lib. 8. c. 25. n. 28. & 30.

67. Sed prima limitatio admit-
tenda non est; quia illa sola acceptatio in dignitate meritorum fundata, nimis est remota, & confusa: ex illa namque ad summum sequitur, bene operantem velle, & optare ut opere condignum præmium sibi detur: at vero, quod sit hoc, vel illud non infertur: ergo quando hoc præmium determinatum, nimirum hoc privilegium offertur, necessaria erit acceptatio, aliàs cogeretur acceptare, quod forte nec conveniens sibi, nec meritis erit æquale: ergo talis limitatio quod in privilegiis remuneratoriis, notitia, vel acceptatio, non requiritur, non est admittenda, & ideo eam rejiciunt Suarez de legib. lib. 8. cap. 25. à num. 18. Palaus loco citato num. 5. § Nec secunda limitatio est admittenda; quia collatio beneficii Ecclesiastici, diversum quid est à concessione privilegij; & sic beneficium concedere tenetur Princeps; secus vero privilegium. Et cum conferendo beneficium etiam absentis functus jam fuerit suo officio, non est mirum non posse beneficii collationem re-

Duplex limitatio supra adducta excluditur.

vocare; & debere consensum illius expectare, cui collatio facta est. At privilegii concessio, cum sit liberalis quædam donatio, revocari poterit à donante, quamdiu à privilegiato non fuerit acceptatum. Ita docent Sanchez *disp.* 36. Bonacin. *disp.* 1. *quest.* 3. *punct.* 3. *num.* 12. & 13. Bassæus *verbo privilegium c.* 2. *n.* 3. Covar. 3. *vari.* c. 16. *n.* 1. Salas *disp.* 17. *sect.* 5. *n.* 38. Suarez *n.* 7. Palaus *n.* 6.

Tertiam
admitti-
mus li-
mitatio-
nem &
eam ex-
plicamus


68. Admittimus autem tertiam limitationem; quia privilegium non petit acceptationem illorum, in quorum cedit damnum, & respectu quorum non est privilegium: & sic nec eorum notitia est necessaria, ut respectu eius in cuius favorem cedit, sit vere privilegium. Cæterum si jus tertio jam quæsitum fuerit, & fuerit in usu, & possessione illius, adversus quod datur privilegium, illi est danda notitia, *argument. ex cap. cum persona, de privileg. in 6. & ex cap. si duobus, cap. comparat. de appellationib.* Et ratio est: quia non debet præsumi, velle Principem, nisi exprimat, privare aliquem jure suo, absque illius notitia; cum talis privatio Communi bono, & suavi gubernationi non parum sit adversa; & ex alia parte sit valde expediens damnificatum monere, ut possit si velit se opponere. Et textus in oppositum adductus intelligendus est, quando iudex non postulat ostensionem privilegij, sufficiensque tempus ut potuerit notitiam consequi, præterijt, & per ipsum ster, ut non opponatur. Suarez *n.* 3. *sine.* Palaus *n.* 8.

Quomo-
do sit ac-

69. Sed rogabis modo, qua sci-
entia, notitia, & acceptatio requi a-

tur, & sufficiat respectu directi privi-
legiati, ut privilegium valorem ha-
beat? § Respondetur sufficere si per
se, aut per suum ministrum, aut per
procuratorem accepte, aut per litte-
ras ab eo missas, vel ab aliò, nomine
& consensu illius, cui privilegium pe-
tit, quæ est quædam anticipata ac-
ceptatio illius, sub conditione tacita,
si Princeps annuerit, & ob id diximus
supra *num.* 40. generaliter privilegia
ad petitionem partis concessa, non
indigere ad sui valorem partis peten-
tis notitiã. Et ratio est: quia accepta-
tio modo dicto, sufficit ad constitu-
endam validam, & firmam quamli-
bet donationem, ut diximus *tom.* 2.
tract. 14. *de contract.* *cap.* 4. *à num.* 72.
ergo etiam privilegium, quia ejus
concessio est quædam donatio. Si ta-
men ab alio acceptetur, qui nec ejus
est nuntius, nec procurator, nec ex
ejus consensu petit, erit nullum privi-
legium, antequam à privilegiato ac-
ceptetur, & ipse ratum habeat, quod
ab alio gestum est: & sic nullum erit
matrimonium contractum cum im-
pedimento dirimente, etiam si ab
alio, quam à contrahente, vel ejus
ministro fuit oborta dispensatio, si
ante ejus notitiam celebratum fuit:
quia acceptatio, quæ vel ab ipso im-
mediatè non proficiscitur, vel ab alio
ex consensu ipsius illi tribui non po-
test; nec sua dici potest quæ non est
facta suo nomine, ut de omnibus
donationibus, & earum acceptatio-
nibus, *loco citato*, diximus. Quæ hoc
num. resolvimus, tenent Salas *disp.* 20.
sect. 14. *num.* 109. Sanchez *lib.* 1. *de*
matrimonio, disput. 6. *num.* 3. & 20. &
libro

libro 3. disputatione 36. num. 7. & 8. Pellizzar. tractatu 8. cap. 1. num. 10. & 19. Bassæus cap. 2. num. 2. Antonius à Spiritu sancto tract. 1. disp. 1. num. 26 Bonac. sup. num. 5. Suar. n. 13. & 14. Palaus n. 10.



PUNCTUM VI.

De interpretatione privilegiorum, à quibus fieri possit, & quomodo debeat adhiberi?

70. **C**UM privilegium sit quædam lex privata, quæ latè diximus circa interpretationem legum tom. 3. tract. 1. de legibus, cap. 4. punct. 3. per totum, h. c. applicanda erunt. Unde sicut lex taliter interpretanda est, ut non reddatur inutilis, l. non dubium, C. de l. gib. sic privilegium non debet esse inutile, sed ejus verba aliquid debent operari, ne reddatur superflua, cap. si Papa in fine, de privileg. in 6. Nec privilegium dici potest, quod nihil specialiter concedit, ultra illud, quod jure communi concessum est, cap. Abbate 25. de verborum significatione, cap. ultim. 25. quest. 1. Et sicut ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. non distinguimus, ff. de rescriptis arbut. cap. quia circa 22. de privileg. n. si Auctoritate alterius legis; quia lex una indistincte loquens, per aliam distinguitur, & limitatur, l. jura gentium, §. si paciscatur, ff. de pactis. Idem dicendum est de privilegio. Et sicut lex non includit id, ad quod mens, & ratio Authoris

non se extendit, l. cum prator, §. dolo, ff. de legatis 2. sic verba privilegii sunt intelligenda, non secundum quod sonant; sed secundum mentem, & intentionem proferentis, uti ex D. Thoma diximus loco citato num. 24. & ideo privilegia recipiunt interpretationem à supplicante, cum mente enim supplicantis præsumitur se conformare concedens, cap. cum dilectos, §. ceterum de fide instrumentorum, cum Glossa ibi, & Bassæus verb. privileg. 6. n. 7. Palaus tract. 3. disp. 4. punct. 9. num. 1.

71. Etiam est interpretandum Alia generalia principia pro privilegiorum interpretatione, privilegium, ita ut non sit onerosum privilegiato, sed ut potius illi aliquid tribuat, quam auferat juxta regulam 6. juris in 6. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. Ideo privilegium exemptionis v. g. concessum Regularibus, non impedit quominus ii cum Prælati consensu subicere se possint Episcopo, ut ab eo absolvantur à peccatis, & censuris, vel dispensentur cum eis in voto, juramento, irregularitate; si accidat Episcopum, non autem Prælatum Ordinis, tali facultate gaudeat. Et idem accidit, si Prælatus Ordinis consensum irrationaliter neget; cum non videatur mens Summi Pontificis, privilegium ad talem casum extendere, quod in perniciem animæ cedere potest, uti diximus tom. 2. tractatu 10. de censuris cap. 2. num. 52. & tenent Henriquez lib. 7 cap. 25. num. 2. Avila 2. part. de censuris c. 2. disp. 1. dub. 6. conclus. 3. & alij loco citato, adducti, §. Mens etiam concedentis privilegium ex materia illius

capienda est: Quia quoties idem sermo distinctas sententias exprimit, ea potissime accipitur, qua reigerenda aptior est, l. 66. ff. de regulis juris. Quare cum dubia est mens Principis, attendenda est materia privilegii cum circumstantiis antecedentibus, & consequentibus, quia ex omnibus coalescit integritas sensus; præcipue accipi potest illius notitia ex præmio, & principio privilegij; sæpe enim ibi ponitur finis, & causa ob quam expeditur, ut constat ex l. regula circa finem, ff. de juris. & facti ignorantia, l. finali, ff. de testatorum tutela. Quid autem in dubio tenendum sit diximus loco citato, extract. de legibus, num. 27. & 31. & an debeat extendi ad casum sub verbis privilegii non comprehensum, ob similitudinem, & identitatem rationis, ibid. à num. 32. explicuimus.

Interpre- 72. Hæc generaliter dicta sunt ratio do- circa privilegiorum interpretatio-
ctrinalis, nem, ex paritate illorum cum legi-
& juridi- bus. Nunc descendamus in particu-
ca expli- lari, ad propria hujus materiæ; & in-
catur, quires primo, quis possit privilegia interpretari? § Pro quo supponendum est, quod loco citato diximus, interpretationem aliam esse Authenticam, juridicam, vel judicialem: aliam doctrinalem; hanc quilibet vir doctus adhibere potest, non ex cerebro, sed secundum jura, verba, & alias regulas traditas, & tradendas; & eorum doctrinali interpretationi legitime factæ, maxime si Prælati fuerint, quilibet acquiescere potest in conscientia, ut omnes dicunt, quamvis eam sequi non cogamur, Authen-

ticam, seu judicialem, & juridicam interpretationem, nemo nisi solus Princeps, qui privilegium dedit, exhibere potest; quia hæc omnes cogit eam sequi, habetque eandem vim, ac habet lex, & privilegium, quia ejus est interpretari actum, cujus est condere seu actum facere, l. sacratissima, C. de legibus. Unde privilegia à Summis Pontificibus concessa Regularibus, solus ipse Pontifex, vel cui ipse concesserit, potest judicialiter interpretari. Unde Episcopi, Archiepiscopi, aut alij Prælati Ecclesiastici licet doctrinaliter possint privilegia Religionum interpretari, sicuti alij Doctores; minime autem judicialiter.

73. Quapropter Clemens IV. concessit Prædicatoribus, & Minoribus, & Alexander VI. Congregationi S. Benedicti, & Paulus III. Societati Jesu, ut habetur in compendio privilegiorum Societatis, titul. privilegium, §. 2. & 4. & in compendio Mendicantium, verbo Privilegium, §. 5. (Quod aliæ Religionem participant) ne Prælati Ecclesiarum, privilegium eorum interpretentur (intellige de interpretatione judiciali, & Authentica, non de doctrinali) sive clara sint, sive dubia; & si quod dubium oriatur, de eo judicetur inter homines peritos, vel Sedes Apostolica consulatur: & ideo dicitur in dicto compendio Clemens IV. inibuit, & districtius, omnibus Ecclesiarum Prælatibus, ne interpretari præsumant privilegia, & indulta concessa Fratibus Minoribus, & Prædicatoribus, sive clara, que interpretatione non indigent, sive dubia contineant, & voluit, quod

Episcopi
vel Ar-
chiepi-
scopi, an
possint
interpre-
tari pri-
vilegia
Religio-
num

quod interpretatio super hujusmodi dubiis, reservetur Sedis Apostolica, cum ejus sit interpretari, cujus est condere. Et est conforme juri communi in cap. venissem, de Judiciis, ubi Innocentius III. sic ait: Cum super privilegia Sedis Apostolica causa versatur, nolumus de ipsis per alios judicari. Et etiam rationi est conforme: quia in dubio, an jurisdictio contra Regulares pertineat ad Episcopum, & ad judices Ecclesiasticos, non possunt ipsi cognoscere de causa, ne sint iudices in causa propria, juxta l. qui jurisdictioni, ff. de jurisdictione omnium judic. Atque ita docent Sanchez consil. tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 134. Bassæus in florib. c. 6. n. 2. verbo privileg. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 25. n. 6. Lezana tom. 4. verb. Privileg. n. 12. Portel. eodem verb. n. 77. & verb. Episcop. n. 13. Tambur. tom. 1. disp. 16. q. 6. n. 1. Bordon. tom. 2. resolut. 52. num. 50. Miranda tom. 2. quest. 44. art. 2. Bruno Cassaing. tractatu 1. cap. 4. proposit. 2. Joannes à Cruce lib. 2. cap. 1. dub. 2. & capite 3. dub. 5. Hieronym. Garcia in Politic. regul. tract. 8. difficult. 1. dub. 4. num. 12.

Privilegia Regularium dubia in eorum favorem sunt interpretanda.

74. Caterum quando dubium aliquod suboritur circa privilegiorum Regularium intelligentiam, & Sedes Apostolica consuli non potest, sed à viris juris peritis, aliisve iudicibus est judicandum, in eorum favorem interpretanda sunt, ob concessionem Alexandri VI. factam Benedictinis Vallisoleti, Romæ Kalendis Aprilis 1501. ubi sic dicitur: Sicut quando dubiam fuerit in intellectu privilegiorum Regularium, semper per juris peritos, & alios iudices in favorem Regularium fiat interpretatio. Idem concessit

congregationi S. Justinae de Padua, idem Alexander VI. ut testatur Tamburin. loco citato, qui etiam affirmat concessisse idem suæ congregationi Vallis-umbrosæ, Julium II. Idibus Junij anno 1507. Ac idem concessum esse Societati à Paulo III. testantur Pellizzarius num. 139. Miranda tomo 2. questione 44. art. 1. conclus. 2. Et merito ita concessum est: nam omnia, vel fere omnia sunt favorabilia, ut diximus num. 27. & sunt etiam remuneratoria, ut num. 23. probavimus. Favores autem, maxime in remunerationem præstiti, late sunt interpretandi; & sic in dubio, eorum sensus in favorem privilegiatorum exponendus est. Et ita docent in nostro casu Pellizzar. & Mirand. loco citat. Portel. verb. Privileg. declaratio. num. 76. Bordon. tomo 2. resolut. 9. num. 49. Bassæus verb. privileg. 6. num. 2. Joannes à Cruce l. b. 2. cap. 2. concl. 3. §. 1. Tambur. tomo 1. disp. 16. quest. 6. & disp. 18. quest. 6. num. 6. Rodriguez tomo 2. quest. 63. artic. 7. Bruno loco citat. Petrus ab Angelis in speculo privileg. disp. 1. sect. 2. num. 15. Lezana tom. 4. verb. privileg. num. 3. Ex quo inferunt, quod stantibus duabus probabilibus opinionibus, valeat, vel non privilegium Regularium; sit revocatum, vel non sit revocatum; extendatur vel non ad istum casum; judicandum est in favorem Regularium, quod valde notandum est, pro his, quæ infra dicemus.

75. Interpretari tamen possunt privilegia, cum dubia sunt (interpretatio namque solum habet locum, quando dubia, ambigua vel obscura sunt pri-

Praelati Religio- num possunt in-

terpreta-
ri Earum
privile-
gia.

privilegia, quando vero nulla ambiguitas invenitur, non habet locum interpretatio *l. ille aut ille, ff. delegatis 3.*) Generales Religionum pro toto Ordine, nedum doctrinaliter, sed etiam juridice, & authentice, ita ut omnes subditi teneantur stare illorum interpretationi, quando velleges, consuetudines, exemptiones, vel privilegia interpretantur. Ita concessit Julius II. Generali Prædicatorum 14. Decembr. 1504. constitution. quæ incipit: *Considerantes, quod multa.* Et Clemens VII. pro Tertiariis concessit, ut eorum visitatores, quæcumque dubia in Ordine, Regula, Constitutionibus, Statutis, cōsuetudinibus & privilegiis, pro tempore occurrentia interpretari, declarare, & decidere valeant. Et pro omnibus Prælati etiam immediatis, si prudenter, & ex consilio peritorum procedant, ut possint pro fide conscientia, Authoritate Apostolica omnia dicta decidere, interpretari, ac declarare non solum doctrinaliter, ad quod non erat necessaria nova concessio; sed authentice, ac juridice concessit Sixtus IV. Canonicis Regularibus S. Salvatoris, B illa incipiente, *Ad universos § 3.* & Paulus V. Præposito, aut Deputato Oratorii Neapolitani. Quibus privilegiis omnes Prælati Religionum, Generales, Provinciales, respectivè imo immediati gaudent. Sic Lezana *verb. privileg. num. 12.* Merola *lib. 3. de privileg. disp. 6. cap. 6. dub. 8. num. 258* Donatus *tom. 1. tract. 8. quest. 7. numero 1. & 16.* Petrus ab Angelis *disp. 1. sect. 2. numero 17.* Navarrus *in manual. cap. 21. num. 22.* Bruno Cassa-

ing. *tract. 1. cap. 4. propos. 2.* imo D. Thomas & Cajet. *2. 2. quest. 174. art. 4.* hanc facultatem à jure illis concessam habere, affirmant.

76. Ex quo inferitur, posse Prælatos Regulares non solum interpretari, sed limitare, & restringere, imo etiam pro suis subditis tollere usum privilegii alicujus, imo, & quorumcumque à Sede Apostolica emanantium: tum ex concessione Leonis X. facta Minoribus, & Augustinianis, & Clementis IV. Cisterciensibus, & Gregorii XIII. Societati Jesu: Tum etiam, quia credendum non est Summos Pontifices, qui, summo opere zelant observantiam Regularium, velle ut Fratres, privilegii eorumdem Ordinibus concessis, uti possent, contra voluntatem suorum Superiorum. Quare, quando dicti Prælati utuntur Authoritate Apostolica sibi concessa in supra dictis privilegiis, interpretando, seu declarando juridice, Authentice, seu judicialiter illa, subditi tenentur stare eorum determinationi. Sic Mirand, *tom. 2. quest. 43. art. 4.* Lezan. *tom. 1. cap. 18. num. 56.* & *tom. 4. verb. privileg. num. 13.* Petrus ab Angel. *num. 20.* Rodriguez. *tom. 1. quest. Regul. art. 2.* Suarez *de Religione tom. 4. tract. 8. lib. 2. capite 22. num. 14.* Diana *3. parte tractat. 2. resolut. 87.* Pellizzar, *tom. 2. tract. 8. capite 1. numero 62.* qui addit numero 63 posse Capitulum Generale tollere pro tota Religione, aliquod, vel aliqua privilegia, illisque renuntiare, imo ab ipso Generali (quo est Superiorius capitulum) id fieri posse cum privilegia tam Prælati, quam Religioni

Prælati
Religio-
num
possunt
suorum
Religio-
forum
privile-
gia re-
stringere

gioni concessa sunt in favorem ipsius Religionis: quibus proinde ipsa conjuncta in Capitulis Generalibus cedere potest. Ita etiam colligitur ex Suarez tomo 4. de religion. tractat. 10. lib. 11. capite 2. num. 17.

Privilegium favorabile 77. Inquires secundo, quomodo sint interpretanda privilegia? § Respondetur, quod si privilegium sit favore, latissime interpretandum odiosum est, quantum recta ratio, & prudentia dicitur, servata verborum proprietate, quod fieri poterit: nam odia restringi, favores convenit ampliari, regul. 15. juris in 6. & beneficium Principis nulli nocivum, late explicandum est, l. Beneficium, ff. de constitut. Princip. Sicut odiosum (nisi oppositum cogat necessitas, quia nimirum alias redderet ut inutile, vel certe materia necessaria connexio exigat) stricte regulariter est interpretandum; eo quod Princeps in odiosis solum censetur derogare, quatenus per verba expresse declaravit, l. Quod ausus, C. de Mancip. liber. Diximus regulariter; quandoque namque privilegium, etiam odiosum est ampliandum, ut infra dicemus: ut si necessitas, vel gravis causa cogat ampliare, aut agatur de causa pia, ac religiosa. Tunc dicitur favorabile, quando concedens illud, primo intendit favorem concedere, & ex consequenti, & quasi secundario, sequitur alterius detrimentum: ut privilegium exemptionis à foro seculari. Si vero Princeps primo, & per se tendat in odium & pœnam alterius, illud concedere; dicitur odiosum, licet alias cedat in favorem alterius: quia privilegium est dispositio quædam, & quæ-

libet dispositio debet attendi ex primario fine, ut diximus, tom. 2. tractat. 11. de legibus cap. 4. num. 24. Si partim intendat favorem, partim odium, & favor, & odium possunt distingui; ex qua parte est favorabile late est interpretandum, stricte ex qua parte est odiosum: ut privilegium Canonis, quod favorabile est respectu Ecclesie, odiosum respectu delinquentis. In dubio autem, an favorabile, an odiosum sit privilegium; simpliciter est judicandum favorabile; quia lex per se intendit favorem, Pellizzar. tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 141.

78. Ex qua generali doctrina sequitur primo omnia privilegia contenta in Jure Communi, late esse interpretanda; sunt enim favorabilia, utpote jam leges, & jura, sicuti alia, & sic debent interpretari juxta regulas Juris Communis: quod cum ordinatum sit ad bonum commune, est favorabile, & sic late interpretandum. Lezana verb. privileg. num. 9. Bassæus eodem verb. §. 2. num. 11. Palaus tract. 3. disp. 4. punct. 10. num. 6. Suarez de legib. lib. 8. cap. 27. num. 8. Sanchez lib. 8. de matrimonio. disput. 1. n. 7. Pellizzar. num. 143. § Extensio autem semper fieri debet salva verborum proprietate naturali, vel civili, & non sunt improprianda, & ad varios sensus deflectenda: alis nihil certum determinari posset, si verba ad libitum interpretantis retorqueri possent, uti diximus tract. 11. de legibus cap. 4. n. 27. Proprietas autem verborum accipienda est, tum ex usitata significatione, aut communi usu; tum secundum acceptionem juris, privilegio pro-

Privilegia in jure contenta, late sunt interpretanda.

portionatam. Si privilegium sit Regium, secundum acceptationem juris civilis; si Pontificium, secundum Jus Canonicum, & eodem modo illæ regulæ sunt exponendæ. *Privilegium non plus operatur, quam verba exprimunt: privilegium simpliciter favorabile extendendum est, privilegium simpliciter odiosum restringendum, quæ interpretari debent secundum privilegiorum conditionem, observata verborum proprietate communi, aut juridica, nisi alias esset inutile, vel specialis necessitas, aut ratio justitiæ cogat ad verba improprianda; vel aliunde rationabiliter præsumatur mens concedentis.* Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 6.* Bassæus *in florib. verb. privileg. §. 3. num. 9.* Petrus ab Angelis *disputat. 1. sect. 2. num. 1.* Tamburin. *tom. 1. disp. 16. quest. 5. num. 3. & 11.* Suarez *de legib. lib. 8. cap. 28. numero 12.* Pellizzar. *supr. num. 150.* Bonacina *de Privileg. disputatione 1. questione 3. punct. 7. §. 1. num. 1.*

Privilegium Juri Communi contrarium stricte interpretandum est.

79. Sequitur secundo privilegia, quæ juri communi derogant, stricte esse interpretanda, nisi in casibus infra referendis, ita ut juri minus quam fieri potest, derogetur. Tum, quia derogatio Juris Communis, per se est odiosa, & sic quantum fieri possit minuenda: Tum etiam, quia licet sint favorabilia privilegiato, tamen ut à Jure Communi exorbitant, sunt odiosa: eo quod privilegium contra Jus Commune, continet illius dispensationem, quæ semper est odiosa: Ideoque cum favor communis præferendus sit privato, ubi oportuerit unum restringi, ut aliud minus lædatur, restringendum est privile-

gium. Tamburin. *tom. 1. disputatione 18. quest. 6. num. 72. & disp. 16. quest. 5. num. 6.* Bassæus *§. 2. num. 10.* Layman. *num. 5.* Pellizzar. *num. 144.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 1. num. 1. & 5.* Palaus *punct. 10. num. 2.* Miranda *part. 2. quest. 44. art. 3.* Ex quo sequitur, quod si illegitimo concedatur privilegium ad suscipiendos Ordines, intelligendum est de minoribus Ordinibus, nisi jam minoribus esset insignitus: quia tunc ne privilegium esset frustraneum, & inutile, de Majoribus debet intelligi: & nisi dicat Pontifex, dispenso ad omnes Ordines; quia tunc tam de minoribus, quam de Majoribus intelligendum est. Similiter si cum illegitimo, vel alio modo irregulari dispensetur ad beneficia, privilegium, aut dispensatio intelligi debet de simplicibus, non vero de dignitatibus, & curatis; nisi dicat Pontifex: dispenso cum irregulari, in irregularitate, quam habet; quia tunc omne vinculum tollere censetur, proindeque habilem reddere ad omnes Ordines, & ad omnia beneficia, Salas *disp. 17. sect. 8. à num. 49.* Sanchez *disp. citat. à num. 26.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 26. à num. 16.* Bonacina, & Palaus *loco citato.*

80. Quæ diximus numero præcedenti intelligenda etiam sunt, de privilegiis derogantibus statutis, aut cõsuetudinibus particularibus, maxime Religionum, quæ stricte sunt interpretanda; ut quantum minus potuerit jus illud lædatur: quia in hac parte jus illud particulare æquivalere Juri Communi, nisi tale jus particulare sit contra Jus Commune, ut su-

Privilegium contrarium particularia stricte interpretandum.

pra-

pra dicebamus: quia tunc ample est interpretandum privilegium, eo quod in eo casu, privilegij lata interpretatio est Juri Communi favorabilis, Lezana *verb. privilegium, num. 8.* Suarez *cap. 27. n. 16.* Palaus *punct. 10. num. 4.* Pellizzar. *num. 146.* Tambur. *disp. 16. quaest. 5. nu. 10.* Bonacina *disp. 1. quaest. 3. punct. 7. § 1. num. 8.* & nisi privilegium sit insertum in corpore juris; quia tunc late est interpretandum; licet alias esset contra Jus Commune aut particulare: quia jam illud est Jus Commune, & favorabile, ut *num. 78.* dicebamus. § Sed quamvis privilegium contra jus stricte sit interpretandum; potestas tamen concedendi privilegium, vel dispensationem, absolutionem, &c. late est interpretanda, ut diximus *tractat. 1. de leg. cap. 5. num. 10. & 53.* Quia hæc semper est favorabilis, & nulli juri opponitur, & est utilis ad commune bonum, si moderate, & prudenter, habens illam, ea utatur, Palaus *punct. 1. num. 2.* Suarez *num. 11.* Bonacina *n. 17.* Bassæus *§. 2. num. 12.* Nugnius *de Indulg. quaest. 27. art. 4. diff. 3.* Hinc est, quod privilegia, & facultates Bullæ Cruciatæ late sunt explicanda, cum sint favorabilia, & utilia ad bonum commune, ordinata ad subveniendum necessitati publicæ Ecclesiæ; nec debent dici universaliter privilegia contra jus, & idem sentiendū est, de facultate concessa confessorio, ad absolvendum à reservatis.

Nunquam de privilegio reddi debet tunc enim quantumvis grave, & o-

diolum, non est restringendum, ita ut frustraneum reddatur (dummodo absque injustitia possit executioni mandari; si enim injustitiam contineret, non esset privilegium, sicut lex injusta, non est lex, & sic sub illa tacita conditione semper intelligitur: *salva justitia, & aequitate.*) Ratio est: quia voluntas Principis nunquam debet frustrari, aut reddi inefficax, etiam si privilegium extendi debeat ad aliquod exorbitans & odiosum, & quidem etiam ultra rigorosam verborum proprietatem, Palaus *punct. 2. n. 4.* Bassæus *num. 10.* Lezana *nu. 8.* Suarez *cap. 28. n. 2.* Tambur. *n. 9.* Salas *disp. 17. sect. 8. num. 46. & 52.* Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 6.* § Et hinc fit, quod privilegium aut dispensatio, quantumvis odiosa extendi debeat ad ea, quæ sunt illi necessario connexa, & sine quibus non potest habere effectum: nam qui concedit facultatem alicujus rei, censetur etiam concedere omnia requisita ad usum talis facultatis, ut dispensatus ut missam dicat tempore interdicti; est dispensatus ut secum socium afferat; dispensatus ad plura beneficia, similiter est dispensatus in residentia utriusque; dispensatus in minoritate, ut beneficium Parochiale habeat, est in obligatione dispensatus assumendi intra annum sacerdotium; Parochus dispensatus ne intra annum ordinetur, etiam dispensatus censetur, ne ejus beneficium vacare debeat; quia non vacatur nisi ob culpam, quæ nulla est, stante dispensatione. Suarez *lib. 6. c. 11. num. 10.* Bonacina *disp. 1. quaest. 3. punct. 7. §. 1. n. 5.*

gium in
efficax &
frustra-
neum.

Sanchez. lib. 8. de matr. disp. 1. n. 19. 24
& 27. Layman. num. 6. Palaus tract. 3.
disp. 4. punct. 9. num. 4. Addunt hi
duo ultimi hoc exemplum. Si cum il-
legitimo, vel alias irregulari dispen-
setur ad omnes Ordines, hoc ipso
censetur dispensatus, ad obtinendum
aliquod simplex beneficium; quia
sine huiusmodi titulo nequit promo-
veri in Sacris; nec obstat habere pa-
trimonium, seu pensionem, quia pen-
sio, aut patrimonium per se non suf-
ficiunt ad Ordines Sacros recipien-
dos, nisi adsit necessitas, vel utilitas
Ecclesie.

Alij ca-
sus, in
quibus
privile-
gium
contra
jus com-
mune
est ex-
tenden-
dum.

82. Excipitur secundo, privile-
gium ex motu proprio, & certa scien-
tia: nam licet sit contra Jus Commu-
ne, late est interpretandum, cap. si mo-
tu proprio. de prebendis in 6. Et ratio est
quia hæc extensio pertinet ad favo-
rem, & honorem ipsius Principis
concedentis: nam quod motu pro-
prio, & certa scientia concedit, ejus
particulare beneficium censetur; &
sic illius extensio cedit in favorem,
& honorem Principis concedentis.
Lezana tom. 4. verb. privileg. num. 9.
Portel. verb. privilegij extens. 45. Pelliz.
tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 144. Palaus
punct. 10. num. 7. Salas disput. 20. sect.
10. num. 89. Sanchez de matrim. lib. 8.
disp. 1. num. 5. & 6. § Extenditur et-
iam privilegium contra Jus commu-
ne, quando non magis derogatur Ju-
ri Communi; ut quando ad contenta
in eo sit extensio, ut qui habet ad co-
medendas carnes in quadragesima,
etiam ad ova, & lacticia. Suarez,
Layman. Pellizzar. § Similiter quan-
do consuetudo aliter interpretatur,
cui standum est? quia sicut consuetu-

do est optima legum interpres; sic
privilegiorum: quare si illa interpre-
tata est privilegium, ut extendatur ad
talem, vel talem casum; standum est
illi, etiamsi sit contra jus commune.
Miranda tom. 2. q. 44. art. 4. Bassæus
verb. privileg. 6. num. 6. Pellizzar. num.
154. Tambur. num. 72. § Ac tandem
extendendum est privilegium, quan-
do licet ex una parte deroget Juri
Communi, ex alia censetur necessa-
rium coramuni bono Reipublicæ:
quia tunc potest hæc ratio illi præ-
ponderare, & privilegium ampliari
contra Jus Commune, & sic solent
ampliari privilegia militum, Religio-
sorum, pupillorum, &c. Quia cum
hæc privilegia habeant mixtionem
odii, & favoris respectu divetorum;
necesse est, ut in effectu favoris, vel
odii, illud vincat, quod secundum re-
ctam prudentiam, majoris ponderis
fuerit: & quia prudenter conjecta-
mur hanc fuisse mentem Principis
concedentis: in qua conjectura, tota
hæc interpretatio privilegiorum ni-
titur. Suarez lib. 8. de legibus, c. 27. num.
7. Lezana tom. 4. verb. privilegium. n. 9.

83. Sequitur tertio, privilegia, quæ Privile-
gium
in præjudicium alterius cedunt, stri-
ctè esse interpretanda, servata verbo-
rum proprietate, etiamsi motu pro-
prio tale privilegium sit expeditum, cum
nisi ex gravitate causæ, aut qualitate
materia, aliud præsumatur de inten-
tione concedentis; quia non est præ-
sumendum, velle Principem alicui
damnum inferre, juriq; alterius de-
rogare, nisi id exprimat. Sanchez de
matrim. lib. 8. disput. 7. num. 6. Palaus
tract. 3. disput. 4. punct. 10. num. 8. Sua-
rez

rez de Religion cap. 27. num. 9. Lezana verb. privileg. num. 8. Bassæus verb. privileg. 2. num. 13. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 6. Tamburin. tom. 1. dispur. 18. quæst. 1. num. 72. & disp. 16. q. 5. num. 6. Salas disput. 17. sect. 8. num. 47. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. num. 147. § Et illa quæ inferunt damnum tertio, privando illum jure quæsitto, si damnum sit grave, adeo strictè interpretanda sunt, ut etiam cum improprietate restringi debeant. Nam licet possit Princeps ex justa causa, jus quæsitum auferre ab alio, si tamen non exprimat, non censetur illud velle auferre: quare non comprehendere damnum tertij grave, tamen si in illis generaliter loquatur, censendum est; quin potius præsumitur illud ignorare: ac per consequens nec ipsum velle, quod aliqui intelligunt, etiam si alias privilegium redderetur inutile, eo, quod ob præsumptam subreptionem privilegiati, potius annuendum, quam admitendum sit. Portel. verb. privileg. num. 47. Pelliz. num. 150. Quod alij merito non admittunt, dicentes, nunquam restringendum esse privilegium, ita ut nihil operetur; sed interpretandum esse, ut potius valeat, quam pereat: nam justa Principis voluntas nunquam frustrari, aut inefficax reddi debet, cap. in alijs de privilegijs.

Alia privilegia, ad lites concessum, esse strictè interpretandum, eo quod præbeat occasionem litigandi, & vexandi alios, ac frequenter minuat inferiorum judicum potestatem, ut tenent commu-

niter Doctores. Idemque est de privilegio, quod dicitur ambiguum, quale reputatur, quod acquiritur ad plura beneficia obtinenda: semper enim derogat juri communi, vel alterius tertij, & sic est strictè interpretandum. Idem est de privilegio concessio ad beneficia vacantia conferenda: quod non est intelligendum de beneficijs providendis ab Ordinario, nisi in eo hoc explicetur. Sanchez, & Palaus loc. cit. Ac denique idem dicimus de illis, quæ præbent occasionem peccandi, seu scandalij; quale esset, si alicui Religioso aliquid concederetur, contra Regularem observantiam, vel quietem Religionis; quod restringi debet, quantum fieri potest: non enim præsumendum est Principem, & multo minus Papam, velle alicui concedere gratiam contrariam observantiæ, aut quieti Religionis. Bonacin. disp. 1. q. 3. punct. 7. §. 1. num. 13. Layman. libro primo, tract. 4. cap. 23. num. 6. Lezana tom. 4. verb. privileg. num. 8.

85. Inquires denique, an privilegia Religionum, quæ toti Ordini in communi, vel alicui Provinciæ, Conventui, &c. concessa sunt, quæ per communicationem omnibus conveniunt, sint strictè, vel latè interpretanda? § Respondetur omnia illa esse plenissimè interpretanda, etiam si sint contra Jus Commune, vel contra jus tertij: puta contra jus Parochiale, vel Episcopale; eo quod omnia sunt favorabilia, ut diximus num. 27. & 28. Probatur deinde assertio primo: quia Papa nulli facit injuriam in tali concessione: non sibi; quia


Privilegia Regularium latissimè interpretanda sunt.

concedendo tale privilegium, liberè cedit juri suo, & consequenter sibi non præjudicat, nec odiosum est. Nec Episcopos, aut Parochos lædere dicitur in aliquo eorum jure; quia Papa nullius lædit justitiam, cum utatur jure suo, quod habet supra omne jus, & præsit omnibus, & ab eo omnis dimanet, vel dependeat potestas spiritualis in his, quibus potest illam ampliare, vel restringere; quia dependenter ab illo recipiunt, & possident. § Secundo, Quia plures, & diversi Pontifices concesserunt superioribus Regularium, ut omnia ipsorum privilegia interpretentur in favorem ipsorum Religiosorum, & sic lato modo semper, & quod ubi dubitatio in privilegio oritur, ex ambiguitate verborum, vel juristarum interpretatione, in eorum favorem, & beneficium resolvatur, ut supra n. 74. dicebamus. § Tertio: Quia principalis intentio Papæ in his privilegijs, est afficere Religiosos favore, & beneficio; ex quo si per accidens sequatur vulneratio juris, non attenditur: nam principale in unaquaque re, non accessorium spectandum est, l. rogasti, ff. si certum petatur, Rota Romana volum. 1. decis. 714. n. 12.

Idem a- 86. Denique hoc ipsum probatur: quia privilegia quæ videbantur ne ex D. Thom. defump- ta, probatur. Ait enim in 4. distin. 17. quest. 3. art. 3. questiuicul. 5. ad 1. sic: *Præjudicium non fit alicui, nisi subtrahatur quod est in favorem ipsius indultum: jurisdictionis*

autem potestas non est commissa homini in favorem suum; sed in utilitatem plebis, & honorem Dei: & ideo si superioribus Prælati videatur ad salutem plebis, & ad honorem Dei promovendum, quod alijs quæ sunt jurisdictionis committant, in nullo fit præjudicium inferioribus Prælati; nisi illis, qui quarunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, & qui gregi præsumunt ovium non ut eas pascant, sed ut ab eis pascantur. Et in opusculo 19. contra impugnantes Religiones, cap. 4. prope finem, sic dicit: Dicendum quod præjudicium dicitur fieri alicui, quando subtrahitur ei aliquid, quod in favorem ejus est indultum, vel quod in utilitatem ejus ordinatur; sed subjectio alicujus subditi ad Rectorem Ecclesie non est ordinata principaliter ad utilitatem præsidium; sed ad utilitatem subditorum: & ideo nullum præjudicium fit Rectori Ecclesie, quando subditus ejus, à sua potestate eximitur, sicut Papa eximit Abbatem à potestate Episcopi, sine ejus præjudicio. Si autem ipsemet operetur in subditis, quæ pertinent ad salutem, vel alijs hoc ipsum committat, non solum non facit præjudicium, sed præstat ei maximum beneficium; quod maximè acceptatur à cunctis Rectoribus, qui non quarunt quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Unde super illud Num. 12. Quid emularis pro me? dicit Glossa Gregor. Pia mens Pastoris, quia non propriam gloriam, sed auctoris querit, ab omnibus vult juvari in eo quod facit: fidelis enim prædicator optat si fieri valeat, ut veritatem, quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonent. Resolutionem duobus numeris probatam tenent Bonac. disp. 1. q. 3. punct. 7 §. 1. n. 5. Palaeus tract. 3. disp. 4. punct. 10. n. 6.

10. n. 6. Azor. 1. part. lib. 5. c. 23. q. 2.
 Tambur. tom. 1. disput. 16. q. 5. n. 11.
 Petrus ab Angelis in specul. disp. 1. sect.
 2. num. 5. Henric. lib. 7. c. 22. n. 3. Syl-
 vester verb. privileg. q. 3. Suarez lib. 8. c.
 27. n. 7. Lezana verb. privileg. n. 9. &
 10. Coninch. p. 2. disp. 33. dub. 2. num.
 16. Layman. lib. 1. tract. 4. c. 23. n. 6.
 Bordon. tom. 2. resol. 32. num. 26. &
 resol. 52. num. 18. Moronius consil. 99.
 à n. 119. & alij.



PUNCTUM VII.

*De communicatione generali privilegio-
 rum, qua in omnibus sepe ordini-
 bus reperitur.*

In quo
 consistat
 commu-
 nicatio
 privile-
 giorum,
 explica-
 tur.

87. EFFICIENTIA communica-
 tionis privilegiorum in eo
 consistit, quod jus uni concessum per
 aliquod privilegium, alteri etiam
 concedatur, per novam communi-
 cationem, qua illud ipsum isti conce-
 ditur, vel certe per quandam exten-
 sionem talis privilegij; & sic idem fe-
 re est ac privilegium *ad instar*, de quo
 num. 39. loquuti sumus; seu ad imita-
 tionem prioris proportione servata.
 Et talis proportio in eo consistit, ut
 concessum uni Religioni, ad aliam
 Religionem extendatur; concessum
 uni Provinciæ, ad aliam; concessum
 Generalibus, aut Provincialibus
 unius Ordinis, Provincialibus aut
 Generalibus aliorum deferriat; con-
 cessum Capitulis, pro Capitulis; &
 concessum singularibus Religiosis,
 non ut singulares sunt, sed ut partes

communitatis, pro aliis singularibus
 alterius Religionis, vim habeat, ut
 concessum Prædicatoribus, & Con-
 fessoribus, Procuratoribus, &c. &
 concessum pro festivitibus unius
 Ordinis, pro alterius Ordinis festi-
 vitibus respectivè concessum dica-
 tur; ut concessum Dominicis pro die
 Patroni, vel alterius Sancti illius Or-
 dinis, conveniat aliis Ordinibus pro
 die Patronorum, & sanctorum ta-
 lium Religionum. Unde verba in-
 dulti attentè consideranda sunt; tum
 ex parte Ejus cujus privilegium com-
 municatur, an perpetuum sit, an to-
 tale, an conditionatum? Tum ex par-
 te Ejus cui communicatur, an exten-
 datur ad concessa dumtaxat, an et-
 iam ad concedenda. Tum etiam ex
 parte modi, quo communicatur, an
 cum aliqua circumstantia, limitatio-
 ne, vel modo, quæ omnia sunt consi-
 deranda. Sed ut clarius procedamus
 in hac materia, eam in diversis §§. de-
 cidemus.

§. I.

*Qualiter omnes Religiones Mendicantes,
 & non Mendicantes sibi metipsis
 in privilegiis communicent?*

88. CUM Regulares, licet Ordi-
 num diversorum, sint per-
 sonæ Deo per vota essentialia conse-
 cratæ; æquissimum fuit, ut unum in
 Deo, & professione existentes, uni-
 rentur etiam in eisdem privilegiis, &
 gratis, ut sic uniti arctiori vinculo
 Sedi Apostolicæ, & inter se ad nomē
 Dei propagandum, & animarū salu-

*Æquissi-
 mum &
 rationi
 conforme
 est, quod
 Regula-
 res in pri-
 vilegiis
 commu-
 nicent.*

tem procurandam copularentur. Et ideo dixit Sixtus IV. In mari magno Augustinianorum: *Conveniebat, ut quos par labor, & paria merita conjungunt, paria conjungerent privilegia, & favores.* Quæ unio per privilegiorum suorum inter se communicationem procurata justa, rationabilis, & sancta habenda est præcudubio: Quam confirmat usus communicationis privilegiorum temporalium, quæ passim in Republicis reperitur; quandoquidem Reges peculiatia privilegia & exemptiones unius civitatis solent alteri communicare, ut sic animi ad sibi obsequia, & obedientiam præstandam conjungantur.

Omnes Religiones Mendicantes inter se in privilegiis communicant.

89. Omnes igitur Religiones Mendicantes ita in privilegiis ad amissum strictè communicant, tam concessis quam concedendis, ac si unicuique specialiter, & nominatim, singula, & omnia aliarum Religionum, essent Communicanti concessa; taliter, quod id quod potest Generalis unius Ordinis, id ipsum possint Generales aliorum: & proportionem servata dicendum est idem de Provincialibus, Prioribus, Vicariis, Prædicatoribus, Confessoribus, & alijs. Similiter privilegia concessa Ecclesiis, domibus, & Religiosis unius Ordinis, ut sunt partes illius, participant alia domus, Ecclesiæ, & Religiosi ejusdem, vel alterius Ordinis: & concessa pro festivitibus unius Ordinis, respectivè intelligentur festivitibus alterius convenire; sive sint indulgentiæ, sive aliquid simile. Assertio est certissima, & communissima inter Doctores, & constat ex

Bulla Julij II. die 7. Junij anno 1509. concessa Minoribus, & Prædicatoribus, quam referunt Passarel. in privilegiis. Ordin. Minor. fol. 99. & Rodriguez quest. Regul. tom. 1. quest. 55. art. 2. Aliam amplissimam Leonis X. refert Pater Donatus, tom. 1. tract. 2. quest. 4. & habetur in Bullario Dominicanorum fol. 185. Et respectu omnium Mendicantium inter se. Idem concessit idem Leo X. Constitutione Dudum per nos. Apud Confectum fol. 160. ut videre est apud Cherubinum in Bullario tom. 3. fol. 524. & est ordine 32. in Constitutionibus hujus Pontificis. (Atque ut alia prætermittamus, quæ qualibet ex Mendicantibus habet, quæ ex eorum compendiis constant, adjiciam concessionem Clementis VIII. specialiter pro nobis Carmelitis Excalceatis expeditam 5. Junii 1595. & habetur in nostro Bullario fol. 184. ubi inter alia verba sic dicit: *Necnon prædicta, & omnia videlicet privilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, indulgentias, & gratias, & alia quæcumque dicti, & aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, Fratrum, Personarum, & bonis, etiam Confraternitatibus, & alijs pijs locis, vel alias quomodolibet præfatis Ordinibus, & Domibus, & eorum bonis concessa, & concedenda prædictis Fratrum Excalceatis Ordinis Beata Maria de Monte Carmeli, Domibus & eorum bonis eadem omnino, simili modo competere, verè, & propriè, ac si ipsis specialiter concessa essent, præsentibus, pro expressis, ac si de verbo ad verbum inferrentur, haberi volentes; decernimus, & statuimus, & si opus est eadem nunc concedimus, & impartimus. Quæ omnia*

omnia, prius Nobis concefferat Clemens VII. in Bulla, quæ incipit : *Ex Clement. anno 1530. & pro toto ordine Sixtus IV. Bulla 37. & 38. in re adeo certa superfluum erit Authores recensere.*

Mendicantes cum non Mendicantibus ad invicem communicant privilegia.
 90. Afferendum est secundò, Religiones Mendicantes, non solum communicare in privilegiis concessis, & concedendis, cum Aliis Religionibus Mendicantibus; sed etiam cum aliis omnibus Religionibus, tam Monachalibus, quam non Monachalibus; ita ut omnia, & singula privilegia, indulgentiæ, gratiæ, exemptiones, indulgentiæ non Mendicantiũ, Monachorum, Congregationum, Confraternitatum, & aliorum piorum locorum, illis conveniant, non secus, ac si cuilibet Ordini Mendicanti omnia in specie, & nominatim concessa forent: & idem est de confirmationibus, innovationibus, &c. ut dicemus *cap. 3.* Hæc assertio est communissima, ut supervacaneum sit Authores, & privilegia id concedentia adducere. Videatur Rodriguez *quest. Regular. tom. 1. quest. 55. art. 8.* Miranda *tom. 2. quest. 46. art. 5.* Tambur. *tom. 1. disp. 17. quest. 1. num. 2.* Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. num. 41.* Bruno Cassaing. *tom. 1. tract. 1. cap. 3. proposit. 2.* Petrus ab Angelis *disp. 2. sect. 1. n. 5.* § Idem dicendum est de Donatis, & Conversis, qui veri sunt Religiosi juxta dicta *tract. 15. c. 1. nu. 33.* Quod omnia, & singula privilegia participant sicut alii Religiosi. An Religiosi, Episcopi facti Sux Religionis privilegiis potiantur? diximus *ibi cap. 5. num. 43.* An Novitii?

cap. 5. num. 34. An Religiosi expulsi? *ibi ex eodem capite 5. §* Et è converso omnes aliæ Religiones non Mendicantes, sive Monachales, sive non Monachales, omnia privilegia Mendicantium eodem modo participant, & per consequens non Mendicantium, & piorum locorum, ac si essent Mendicantes, ut constat ex eorum privilegiis, quæ recenset Petrus ab Angelis *in specul. privileg. disp. 2. sect. 1. à num. 9. usque ad 39.* Bruno *tract. 1. cap. 3. proposit. 2.* Rodriguez *tom. 3. q. 10. art. 1.* Tambur. *num. 22.* Lezana *tom. 1. cap. 3. num. 17.* Miranda *tom. 2. quest. 46. art. 5.* Pellizz. *num. 41.* Ubi bene advertunt unanquamque Religionem debere attendere clausulas suæ Bullæ communicationis, ut juxta restrictionem, vel ampliationem illius operetur.

91. Afferendum est tertio: quòd Moniales tam Ordinum Mendicantium, quam non Mendicantium, in his in quibus sunt capaces, gaudent, & participant omnia privilegia concessa, & concedenda Fratribus sui Ordinis, & per consequens, quibuslibet aliis, ac si ipsis fuissent in specie concessa. Sicut è contra, ipsi Fratres communicant omnia privilegia, Monialibus Sui Ordinis concessa; & per consequens quibuslibet aliis, eodem modo: & hoc licet in privilegio Fratribus concessio dicatur ipsum impertiri; *Viru aut Masculis Religiosis,* ut notavit Pellizzarius *tract. 8. cap. 1. num. 72.* Quia in Bulla Leonis X. quam adducit Casarrubias verbo, *Communicatio Privilegiorum, num. 18.* absolute conceditur Monialibus

Moniales omnia privilegia Religionum communicant tam sui Ordinis quam aliorum.

Fratrum Minorum, ut possint uti omnibus, & singulis privilegiis, & indultis spiritualibus, & temporalibus per Sedem Apostolicam ipsis Fratribus quomodolibet concessis, & concedendis, perinde ac si ea ipsis Monialibus essent concessa. Quare licet ex vi privilegii concessi sub expressione, *ipsis Viris Fratribus, aut Masculis Religiosis*, Moniales non possent uti illius indultis, & favoribus: quia jam ex tenore verborum, ad Masculos Religiosos præcisè applicatur. Ex vi tamen aliorum privilegiorum, quibus ipsis conceditur generalis communicatio, in omnibus gratiis, & favoribus, quibusvis Ordinibus, & Congregationibus factis, illo frui poterunt: sicuti è contra eob eandem rationem, licet privilegium concedatur Monialibus sub nomine Mulierum, vel Fœminarum Religiosarum, hoc extenditur ad Religiosos, nisi materia oppositum exigat; non ex vi illius privilegii; sed ex vi privilegiorum communicationis, quâ omnia privilegia, & indulta cuiusque Congregationi, Ecclesie, vel Collegio concessa, ipsis communicantur. § Notat tamen Bordonius *tom. 1. resolut. 52. quest. 24.* Quod Moniales solum in favorabilibus gaudent privilegiis Religiosorum, non autem in odiosis: sicut Religiosi solum in favorabilibus participant privilegia Monialium, non verò in pœnalibus, & odiosis, quod commune est quibusvis, cum aliis communicantibus, ut *numero 107. dicemus.*

Monia- 92. Limitant aliqui præcedentem

conclusionem, ut intelligatur de Monialibus, Fratribus subjectis; non verò de Monialibus subditis, vel immediatè Pontifici, vel Episcopis. Sed talis limitatio minimè admittenda est, sed asserendum Moniales prædictis privilegiis gaudere, siue subjectæ sint Religioni, siue non; Quamvis ut bene dverrit Pellizzar. *num. 74.* Quando Religiosis conceditur aliquod privilegium, per Prælatos Regulares expediendum, vel dispensandi, vel absolvendi, tunc loquendo de Monialibus immediatè subjectis Episcopis, ab Episcopis possunt dispensari, vel absolvi; quia Episcopus in eis succedit loco Prælatorum Regularium. Probatum omnes Moniales, etiam non subjectas Prælati Ordinis, omnibus dicti Ordinis, & aliorum privilegiis, per communicationem gaudere; quia sic concessit Clemens VII. pro Monialibus S. Augustini. Bonifacius VIII. Nicolaus V. & Sixtus IV. pro Carmelitis, Sixtus IV. Sixtus V. Leo X. Gregorius XIII. Dominicis, & Franciscanis. Et ratio, quæ movet Pontifices ad concedendam talem communicationem privilegiorum, est quia eandem Regulam observant, eandem vitam Religiosam ducunt, eodem utuntur habitu, & sic quia sub eodem motivo vivendi, Deo famulantur, æquè currit in Monialibus Ordini subjectis, ac non subjectis ratio communicationis: atque ita tenent Bordonius *tom. 1. resolut. 52. quest. 24.* Pellizzar. *tom. 2. tit. 8. cap. 1. num. 72. & 73.* Antonius à Spiritu sancto *tom. 1. tractat. 1. disput. 1. num. 109.* Petrus ab

Ab-

les etiam non sub-
jectæ
Religio-
sis, om-
nibus
Religio-
forum
privile-
giis fru-
untur.

Q
ol
co
di
Pr
ni
pr
d
e
ro
tu

Angelis in specul. privileg. disput. 2. sect. 1. à num. 6. Lezana tom. 5. in mari magno Carmelitarum, num. 385. Bruno tract. 1. cap. 3. propos. 3. Suarez de legibus, lib. 8. cap. 10. num. 7. Bassæus in floribus verb. privileg. cap. 5. num. 7. Quintanadveñas singular. quest. tom. 1. tract. 8. singular. 16. & 17. & tom. 2. tract. 2. singular. 14. num. 5. Palau tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 12. num. 1. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 7. §. 2. n. 2. Tambur. tom. 2. disput. 17. quest. 1. & alii.

quædam
objeccio
contra
dicta
proponitur,
& præcedens doctrina
robora-
tur.

93. Nec refert si cum aliquibus oppositum sentientibus objicias: quod in aliquibus ex Bullis recensitis, similis clausula reperitur. *Moniales sub obedientia Ordinis Vestri*, & similia: ergo non loquuntur de Monialibus Pontifici, vel Episcopis subjectis. Sed hoc non obstat. Tum, quia prædictæ clausulæ, solum demonstrant proprium institutum Ordinis, seu Religionis sub qua profitentur, & vivunt, illisque gaudere privilegiis, quandiu vivunt sub tali Instituto, & Ordine, nec ab Eo recedunt. Hæc namque privilegia eis conceduntur propter Earum merita, circa Observantiam talis Ordinis, non ob subjectionem Prælati: exhibitam. Sicuti è contra Religiosi, Illarum gaudent privilegiis; tamen non subiciantur Illis. Tum etiam: quia plura dantur pro Eis privilegia, absque dictis clausulis; sed absolute Eis concedentia communicationem: ut est illud Julii III. pro Monialibus Dominicanis in Bulla communicationis privilegiorum Ordinum omnium, tam Mendicantium, quam non Mendicantium,

quam refert Pater Donatus tom. 2. tract. 7. quest. 5. Quid alii Pontifices, pro aliis Ordinibus præstitere, ut in Eorum Bullis reperitur: audi Paulum V. in Bulla incipiente; *Qua Regulares personas*. die 10. Octobris expedita anno 1606. ubi inter alia verba sic dicit: *Motu proprio, & de Apostolica potestatis plenitudine, ac certa scientia, harum serie declaramus tam in dicti Clementis, quam in aliis hujus Congregationis privilegiis comprehendere, & comprehensas Abbatissas, Priorissas, & alias quascumque Moniales, quæ gerunt, & in futurum gerent habitum dictæ Congregationis.* Ubi solum attendit Pontifex ad portationem Habitibus, & professionem Instituti, ad concedenda dicta privilegia; non ad subjectionem istius, vel illius Prælati. Et ut omnis in hac parte tollatur scrupulus, audi Paulum V. in Bulla revocatoria omnium indulgentiarum pro Regularibus concessarum anno 1606. ubi loquendo de aliis, quæ de novo concedit, loco revocatarum, sic concludit: *Volumus autem, ut supradicta omnes indulgentiæ, & gratiæ Religiosis Regularibus, cujusvis Ordinis, tam Monastici, quam Mendicantis, dumtaxat us præfertur concessa, etiam omnibus Monialibus cujusvis Regula approbata, & intra claustra cum tribus votis solemnibus viventibus, & perpetuam clausuram conservantibus. tam Ordinarius locorum, quam etiam Regularibus cujuscumque Ordinis, Regula, & Instituti subjectis.*

94. Quid dictum est de Monialibus, asserendum est de aliis fœminis, (idem dicendum est de viris proportionem servata) subditis gubernatio-

Tertia-
riæ, &
Beatæ
exceptis

aliquibus gaudent omnibus privilegiis, quorum sunt capaces. tioni Mendicantium, quæ Mantellatæ, Beatæ, vel Tertiariæ dicuntur, si ve vivant in Congregatione (de quibus nemo dubitat) siue in particulari, habitum portantes Religionis, & votum castitatis, saltem conjugalis, emittentes; quæ gaudent omnibus privilegiis, & gratiis, quibus Mendicantes, in quantum capacitas earum permittit; & hoc ex multis privilegiis tam Minoribus, quàm aliis Ordinibus Mendicantium concessis, ut videre est apud Tambur. *tomo 2. disp. 17. quest. 1. propè finem*, Bassæus *verbo privileg. 5. num. 7.* Rodriguez *tomo 1. quest. 55. art. 13. 14 & 15. & tom. 3. quest. 73. art. 1.* Casarrubias *verbo Tertiarii, Fratres, & Sorores, num. 19. & verbo mulieres, num. 7.* Sorbo *in compend. verbo Tertiarii, nam. 25.* Pellizzar. *tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 70.* Miranda *tom. 1. quest. 36. art. 4. exceptis his, quæ à Concilio Lateranensi, ipsis fuerunt specialiter sublata, de quibus Casarrubias loco citato. § Cæterum Sæculares Confratres Cordæ, Corrigæ, Scapularis, &c. gaudent eisdem privilegiis quoad indulgentias, & remissionem peccatorum tantum, non autem in aliis, quæ possunt perturbare jurisdictionem Ordinarii, conformiter ad decreta Trident. *sess. 24. cap. 11. de reformatione.* Nec in aliis, ut recitatione officii divini in loco, & tempore, Missam celebrandi, & aliis hujusmodi. Rodriguez *tom. 1. quest. 55. art. 16.* Bruno Cassaing. *tom. 1. tract. 1. cap. 3. proposit. 3.**

Privilegiomm commu- 95. Generali dicta communicatione privilegiorum, non solum gaudent Religiones jam fundatæ, ita ut

gaudeant omnibus indultis concessis, & concedendis pro aliis Religionibus jam fundatis, sed extenditur ad participanda omnia privilegia concessa, vel concedenda Religionibus postea fundatis, vel fundandis: quamvis hoc non exprimat in generali illa communicatione: quia illa dispensatio circa privilegia concessa, & concedenda, est favor, & beneficium Principis, absque ulla restrictione concessum; quod latè est interpretandum. Unde sicut extenditur ad privilegia nondum concessa, sed futuri temporis concedenda Ordinibus jam institutis; sic extenditur ad concedenda pro qualibet Religione postea fundanda, vel instituenda. Bassæus *in floribus verb. privileg. c. 5. no. 14.* Petrus ab Angelis *disput. 2. sect. 2. num. 8.* Bruno *tract. 1. cap. 3. proposit. 6.* Lezana *tom. 1. c. 3. n. 7.* Joannes à Cruce *lib. 2. cap. 4. de communicatione privileg. conclus. 3.* Rodriguez *tom. 1. quest. 55. art. 7.*

96. Ex hac generali communicatione provenit, quòd privilegia per communicationem ita fiunt propria Religionis communicantis, ac si ipsi primo, & immediatè inspectæ essent concessa. Quia ex vi privilegii dantis communicationem, illa omnia communicanti in particulari de novo conferuntur, ut dicunt communiter Doctores: taliter quòd si privilegium pereat primæ Religionis recipientis non ideo perit respectu ejus, cui communicatur, si tempore communicationis erat validum: ut de privilegio *ad instar*, quòd ab hoc in nihilo differt, suprâ dicebamus: quia privilegia

nicatio extenditur ad ordines non tantum fundatos, sed etiam fundandos

Virtus magna hujus communicationis

giam primæ Religionis concessum, factum fuit per communicationem, proprium communicantis, omnino independentem à priori Religione; ita ut quamvis à privilegio illius in impetrari, & fieri dependeret, non tamen in conservari: & sic contingere potest, ut in illa Religione, cui primò concessum est, pereat; & in alia, cui per communicationem convenit, vigorem habeat. Sanct. *ez. consil. lib. 6. cap. 9. dub. 9. num. 2.* Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 16. num. 17.* Lezana *tom. 4. verb. privil. num. 24.* Petrus ab Angelis *num. 30. & 39.* Actioze *cap. 4. citat. conclus. 3.* Bordon. *tom. 2. q. 39 n. 26.* Pelliz. *tract. 8. cap. 1. num. 40. & 54.* Bruno *propof. 8.* Rodriguez *artic. 19.* Tambur. *tom. 2. disp. 1. quæst. 5. numer. 3.* Miranda *tom. 2. quæst. 46. art. 8. conclus. 2.* Fagundes *in Ecclesia præcept. lib. 3. c. 3. n. 12.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disp. 1. num. 34.*

Ita fit
 propriū
 commu-
 nicantis
 privile-
 gium, ut
 nomen
 suum in
 eo pone-
 reliceat.

97. Ex quo sequitur primò, ita fieri per communicationem propria privilegia ipsi communicanti; ut possit Religio communicans apponere nomen suum juxta ipsum privilegiū, vel transumptum, loco illius Religionis, cui concessum fuit: absque eo, quòd in hoc reperiat vitium falsitatis. Tum, quia ille dicitur falsarius, qui mutat veritatem cum dolo, *l. quid sit falsarius, ff. de falsariis.* Sed in nostro casu, non immutatur veritas: quia verissimum est illud privilegium esse suum; cum privilegia per communicationem, taliter fiant propria communicantis; ac si ipsi Religioni in particulari essent concessa: ergo, &c. Tum etiam, quia ad hoc

datur expressum privilegium à Julio II. Minimis concessum, Constitutione incipiente: *Dudum ad sacros Ordines 5. Kalend. Augusti, anno 1506.* & refertur à Confectio *pag. 118.* & Peyrinis *tom. 1. privileg. ad dictam Bullam Julii II. §. 35.* quæ habetur apud Cherubinam *tom. 2. Bullarii, Bulla 10. hujus Pontificis.* Idem concessi Clemens VI. die 21. Junii anno 1524. & refertur à N. Petro ab Angelis *in specul. disp. 2. sect. 2. num. 30.* Quæ omnia confirmavit, & innovavit Gregorius XV. septim. Idus Februarii anno 1621. Sic Bordon. *tom. 2. resolut. 52. num. 96.* Bruno *tract. 1. cap. 3. propof. 1.* Petrus ab Angelis *loc. cit.*

98. Sequitur secundò: quòd si aliquis Ordo per Pontificis sententiam, aliquod, vel aliqua privilegia, sibi immediae concessa amiserit, vel limitationem acceperit, vel etiam si tota illa Religio destruat, possunt communicantes, eodem modo ac antea utebantur, absque ulla limitatione, eis uti. Similiter si privilegium restringatur, vel revocetur, in Religione, cui per communicationem convenit, id non nocebit primæ Religioni, cui primo concessum est. Sic Authores citati *num. 96.* At verò aucto, vel extenso privilegio pro prima religione, cui concessum est, vel quoq; alia in particulari, non censetur auctum, vel extensum quoad omnes secundum aliquos Authores, nisi earum communicatio extendatur etiam ad privilegia concedenda: quia talis augmentatio, vel extensio est privilegium novum. Unde si in privilegio communicationis, non

Etiamsi
 pereat
 Ordo,
 cui da-
 tum fuit
 privile-
 gium; a-
 lia per
 commu-
 nicatio-
 nem il-
 lud par-
 ticipant.

exprimat Pontifex, ut extendatur ad concessa, & concedenda, non extenditur ad privilegia, vel extensiones eorum, quæ postea concedentur. Ita Bassæus *verb. privileg. num. 11*. Suarez *cap. 16. num. 8*. Hieronym. Rodriguez *resolut. 116. num. 55*. Palaus *tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 9. num. 1. in fine*. Cæterum si res attentè consideretur, etiamsi Religio solum haberet privilegium communicandi in concessis; extenderetur ad concedenda, & per consequens ad extensionem jam concessorum: nam Religio communicans in concessis privilegiis, omnia participat, quæ sunt aliis jam concessa. Sed plures sunt Religiones habentes privilegium communicationis, in concessis, & concedendis; ut cõcessit Leo X. Dominicanis, & Minoribus. Clemens VII. Carmelitis. Gregorius XIII. Cisterciensibus. Paulus V. Societati, & Alij Aliis, ut in earum Bullatis cernere licet: ergo de primo ad ultimum, Religio communicans cum aliis in concessis, quibus jam est concessum privilegium communicandi in concedendis; etiam communicat in concedendis. Sic Manuel Rodriguez *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 10. art. 1*. Miranda *tom. 2. quæst. 46. art. 5*. Hynojosa *verb. communicatio privilegiorum*. quem refert, & sequitur Hieronymus Garcia *tract. 8. diff. 1. dub. 4. n. 3*.

99. Sequitur tertio: quòd per communicationem aliis convenit potissime, non est usus privilegii; sed jus utendi eo: quia privilegia Ordinum fiunt sic propria Ordinis, Cui communicantur, ac si Ipsi essent speciali-

ter concessa. Sed cum privilegium alicui specialiter conceditur; non tam usus, quàm jus utendi eo impertitur: ergo, &c. Unde fit, quòd Religiones habentes privilegium communicationis, possunt uti privilegiis concessis alteri Religioni, quibus ipsa propter aliquam causam non utitur; quàmvis in aliquibus privilegiis ponatur clausula: *quatenus sunt in usu*: quia sensus est, quatenus habent valorem, quoad jus utendi; quia hoc ipso, quòd valida sunt privilegia quando communicantur; nihil aliud requiritur, ut Religio communicans habeat jus eis utendi; & de facto utatur independenter ab usu, vel non usu primæ Religionis. Bassæus *5. n. 11*. Tambur. *tom. 2. disp. 17. quæst. 5. num. 3*. Lezana *tom. 1. cap. 3. num. 17*. & *tom. 4. verb. privileg. num. 25*. Bruno, Rodriguez, Miranda, Joannes à Cruce, Bordon, Petrus ab Angelis *locis citatis*. § Sequitur quarto, quòd statim, ac privilegium concessum fuit primæ Religioni, potest alia Religio Communicans liberè uti illo, sive acceptetur à prima Religione, sive rejiciatur, sive adsit statutum Regulare, ut prius acceptentur privilegia in Capitulis, vel diffinitoriis, sive non: quia licet Religiosi hujus Religionis habentis tale statutum, eo uti non possint ante acceptationem Ordinis, modo in suis legibus assignato; Alii Alterius Religionis, quæ non habet tale statutum, eo libere uti poterunt: quia hæc sunt extrinseca respectu privilegii concessi: ideoque non debent præjudicare aliis Religionibus Communicantibus, modò

in

in illis, vel juxta suas leges, & statuta acceptetur. Vel si non adsit lex circa hoc particularis, modo dicto numer. 69. atque ita sentiunt Bordon. *resolut. § 2. num. 88.* Petrus ab Angelis *disp. 2. sect. 2. num. 40.* Maldeus *verb. privileg. num. 1 §.* Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. num. 40.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disp. 1. num. 34.* Apud nos autem tale statutum reperitur, ut omnes Bullæ, litteræ, sive privilegia quæ quoquomodo ad Religionem spectant, Diffinitorio Generali proponantur, & ab eo debita executioni mandentur: ut habetur in constitutionibus nostris *3. part. cap. 3. numero 4.*

§. II.

Aliqua difficultates, circa istam generalem communicationem deciduntur.

Non communicantur in privilegiis, quæ statutis Religionū sunt contraria.

100. **C**irca dicta §. præcedenti, quas divisim resolvere libuit. Prima ergo difficultas est. An si privilegia alicui Religioni concessa, alterius Religionis statutis, legibus, aut modo vivendi adversentur, participentur per communicationem ab ista Religione; ita ut eis uti possint Religiosi, contra id, quod in suis legibus statutur? § Respondetur, omnino negativè. Quemadmodum privilegia Religiosis Militaribus concessa, ut nubere possint, ut testari, neutiquam aliis possunt convenire, nec privilegia laxiori concessa Religioni, alteri

strictiori possunt communicari. Ob idque in aliquibus privilegiis communicantibus talis clausula solet apponi: *Dummodo Regulari observantia non sint contraria.* Vel hæc: *Dummodo constitutionibus Ordinis non contradicant.* Et quando expref è non apponitur, tacitè subintelligitur: tum quia privilegia secundum quod opponuntur proprio Instituto, sunt odiosa: odia autem non communicantur, sed privilegia, ut numero sequenti dicemus. Tum etiam, quia Pontifices per sua privilegia intendunt Regularem observantiam fovere, non relaxationi semitam aperire, sed salutaria statuta augere, & conservare. Tum denique, quia aliàs, quod in favorem conceditur, in odium retorqueretur: quod nequit præsumi, tamquam irrationabile de Summo Pastore. Tābur, *tom. 1. disp. 17. quest. 6. num. 4.* Lezana *tom. 2. cap. 1. num. 56.* Portel. *in dubiis Regularibus, verb. communic. privileg. num. 8.* Bassæus *verb. privileg. §. num. 6. & verb. Relig. 2. n. 10.* Antonius à Spiritu sancto *tractat. 1. disput. 1. num. 41.* Palaus *tract. 3. puncto 2. disp. 4. § 9. numer. 2.* Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. num. 45.* Petrus ab Angelis *disp. 2. sect. 2. num. 13.* Bordon. *tom. 2. resolut. § 2. num. 72.* Ex quo infertur, quod Patres Capucini, qui ex proprio Instituto, non possunt Confessiones Sæcularium excipere, non possunt uti privilegiis Regularibus Confessoribus concessis, circa absolutionem, & dispensationem Sæcularium: quia repugnant suo Instituto, & sic non intelliguntur communicata. Pellizzar. Bordon. & Petrus ab Ang. *loc. cit.*

In odio-
fis privi-
legia
non cō-
muni-
cantur.

101. Secunda difficultas est, an Religiones communicantes cum aliis, etiam in odiosis, & pœnalibus communicent, ut si aliqua pœnæ, censuræ, vel alia onera sint eis imposta? Respondetur, non communicari pœnas, & odia reperta in privilegiis Religiosorum, respectu Ipsorum; nisi hoc cedat in favorem communem Religionis. Tum, quia tales concessionem, in quibus pœnæ sunt statuta, dici potius debent statuta, quàm privilegia: statuta autem non communicantur. Tum etiam, quia Pontifices dum concedunt communicationem, favere potius volunt, quàm onerare: & sic in favoribus, quos convenit ampliari, non in odiosis, quæ restringenda sunt, communicationem impendunt. Pellizzar. tom. 2. tractat. 8. cap. 1. num. 48. Bassius verb. privileg. §. num. 9. Miranda tom. 1. quest. 46. art. 6. Antonius à Spiritu sancto num. 53. Bordon. tom. 2. resolut. 52. num. 93. Petrus ab Angelis num. 31. Lezana tom. 2. cap. 1. num. 52. Bruno tract. 1. cap. 3. proposit. 1. prope finem. §. Diximus respectu Ipsorum; Respectu autem Sæcularium, pœnæ contentæ in privilegio unius Religionis, communicantur aliis in favorem Religionum, ut timore pœnæ sæculares perterriti, reverentiam, & obsequium Religiosis exhibeant, non contempnendo privilegia. §. Diximus etiam: nisi hoc cedat in favorem communem Religionis; Sunt enim aliqua privilegia, quæ licet videantur pœnalia, & odiosa respectu alicujus particularis Religiosis, respectu tamen Religionis favorabilia

sunt; quatenus per illa conservatur melius disciplina Regularis, & augetur obedientia erga Superiores. Immo ipsis particularibus favore spiritualem impendunt; siquidem ipsi subditi per observantiam talis privilegii, commodius exequantur perfectionem sui Instituti, & hæc procul dubio communicantur. Bordon. Pellizzar. Antonius à Spiritu sancto, Petrus ab Angelis locis citatis. Atque hinc fit, paucissima esse privilegia, quæ si non repugnant Regulæ, seu Constitutionibus proprii status, non sint favorabilia, & sic communicabilia respectu cujuslibet Religionis; cum ferè semper in eis salutem animæ, & corporis consulatur.

102. Tertia difficultas est: an Religio communicans in privilegiis, posset per privilegium alteri concessum, contra eam se defendere, illudque retorquere contra primam privilegiatam? Aliqui negativè respondent, ob regulam illam: *privilegiatus contra privilegiatum, non potest uti, aut gaudere privilegio. l. sed & milites. C. de Sacrosanct. Ecclesiis, l. verum. cum sequentibus, de Minoribus.* Et ideo Minores, aut Milites adversus alios Milites aut Minores, non possunt gaudere privilegio Militum, aut Minorum; prout habetur dictis textibus. Nam inter personas æque privilegiatas, confunduntur, & conquassantur privilegia; & attendendum est jus commune. Sed de hoc agemus infra, hoc capite, punct. 8. agentes de usu privilegiorum: nam hoc est commune omnibus privilegiatis, quod possint, vel non, uti privilegio adversus pariter pri-

Duplex
sententia
contra-
ria circa
hanc
difficul-
tatem
proponi-
tur.

privilegiatos. Modo autem loquimur de privilegiato per communicationem, an possit uti privilegio alteri concessio, adversus eum: § Alii absolute respondent affirmativè: quia Religio communicans in privilegiis, ita ea propria sibi facit; ac si sibi primo, & per se, essent communicata: & ideo si vel per non usum, aliove modo à priori tuant, vel minuuntur, vel etiam tota extinguatur Religio, in alia perseverant, ut numero 95. dicebamus: ergo cum eis agere, & se tueri potest adversus aliam: ut si Augustiniani participarent in aliquo privilegio Dominicanorum primo illis concessio, possent se illo tueri adversus Dominicanos, & reciproce, ac etiam si Dominicani illud spernerent, possent illo Augustiniani legitime, & valide uti adversus quoscunque alios. Sic Bassæus in florib. Theolog. verb. privileg. capite 5. numero 13. Lezana tomo 2. cap. 1. num. 57. & tomo 4. verb. privileg. num. 24. Hieronym. Garcia in Politic. regul. tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 4. num. 3. Bruno Cassaing. tom. 1. tract. 1. prop. 9. Martin. à S. Joseph super regul. Minor. capite 3. numero 3. Tambur. tom. 2. quasit. 17. quasitio- 4. numero 1. Excipiunt autem eos, qui solum indirecte, & per se secundo communicant, ut famuli, & familiares Religionis, qui ex consequenti participant privilegia ipsius religionis, & non possunt eis uti adversus ipsam Religionem.

Media
via ince-
dimus, &
utram-

103. Nos verò sub hac distinctione respondemus: quod si in dictis privilegiatis omnia sint paria, ut si uterque de lucro acquirendo, vel

damno vitando agat; conquassatur privilegium, & standum est juri communi; & sic vera est prima sententia: quod aliquibus exemplis infra illustrabimus. Si autem privilegia illa sint disparia in utroque privilegiato, & in uno sit fortius, & potentius, iste agere contra alium potest, & se defendere, etiam utendo privilegio immediate & primo alteri concessio, & sibi per communicationem competentem. Tunc autem censetur fortius, & potentius in uno, quando iste agit de damno vitando in re possessa, & alius de lucro acquirendo in re non possessa. Rem explico hoc exemplo. Ordini Fratrum Minorum tale concessum privilegium, ne juxta suum Monasterium possit edificari aliud Monasterium Prædicatorum, Carmelitarum, &c. in paupertate viventium, intra spatium trecentarum cannarum, mensurandarum per ærem; ubi alias rectè mensurari hoc dispositio non permittit. Ita Clemens IV. concessit, ut habetur in compend. privileg. Mendicant. verbo edificare §. 1. Et unamquamque istarum cannarum, voluit octo palmos in longitudine habere. Huic privilegio communicant Prædicatores, Carmelitani, &c. Postea Minoritæ volunt edificare Conventum prope Carmelitas intra idem spatium: possunt isti, qui agunt de damno vitando se defendere, vel agere contra Minores, qui de lucro acquirendo agunt, per illud privilegium concessum primo Minoribus; quia hoc privilegium jam est æque propriam factum utriusque Ordinis; unius, per

que sententiam conciliamus.

R r pri

primam concessionem; alterius, per secundam factam in communicatione, & in uno est fortius, & potentius, qui agit de damno evitando, quam in alio qui agit de lucro acquirendo. Ita Petrus ab Angelis in *specul. privileg. disputatione 2. sect. 2. numero 37.* Rodriguez *quest. 55. num. 1.* Miranda *tom. 2. quest. 42. art. 7.* Bordon. *tom. 2. resolut. 52. numero 63.* Portel. *verb. privileg. num. 24.* Antonius à Spiritu sancto *tractat. 1. disputatione 1. numero 59.* Quod etiam tenent Authores secundæ sententiæ: sed intelligendum est cum limitatione in eadem posita.

Privilegiis concessis Societati, uti ipsa non potest, sine licentia Sui Generalis. 104. Quarta difficultas est, an Mendicantes, & qui cum eis in privilegiis participant, uti possint privilegiis Societatis Jesu absque licentia sui Generalis, vel Provincialis? Et idem est cum alicui Religioni conceditur privilegium, cum aliqua limitatione, vel restrictione; & alteri absolute absque illa restrictione, illudmet privilegium communicatur, non dicendo, quod sit *ad instar illius*, seu eo modo quo illa, illo uti potest; sed absolute concedendo illud. Quod specialiter controversatur de communicatione privilegiorum Societati concessorum: nam illi semper conceduntur cum dependentia à suo Generali; ita ut Religiosi Societatis Jesu non possint uti aliquo privilegio sibi immediate, vel per communicationem concessio, absque dicto consensu Sui Generalis, propter Bullam Gregorij XIII. in qua præcipitur, & asseritur, quod omnia privilegia Societati concessa, aut concedenda, non intelligantur concessa, aut

concedenda inferioribus, sed immediate Præposito Generali, qui per se, vel per alios ab ipso electos, singulis communicare libere possit. Et sic nec licite, nec valide, absque tali licentia Sui Generalis, uti poterunt aliquo privilegio Societatis Religiosi. Ut docent Suarez *lib. 5. de legibus cap. 31. num. 11.* Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 9. num. 4.* Pellizzar. *tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 46.* Et omnes tam intra, quam extra Societatem. § Quæritur ergo nunc, an Religiosi alterius Ordinis, cum Societate in privilegiis communicantes, uti possint privilegiis Societati concessis, absque dicta restrictione, & eis uti absque licentia sui Generalis, vel Provincialis?

105. Affirmativè respondendum est, cum communi sententia (quid quid in oppositum dicat Bordon. *tom. 2. resolut. 82. n. 57.*) Primo: quia talis restrictio, & limitatio facta est dumtaxat respectu Societatis, cujus Instituti ratio, ob perfectum Monarchicum Regimen, & omnimodam dependentiam ab uno Capite, id plane exigebat: ut in dicta Bulla Pontifex ait: *propter instituti ipsius ab aliis Religionibus diversitatem.* Ergo quando fit communicatio aliis, absque tali restrictione est intelligenda. Ob idque in Societate concedit Pontifex privilegia immediate Generali; aliis vero concedens communicationem, non Generali, sed immediate ipsis Religiosis talis communicatio conceditur. § Secundo: quia talis limitatio non est privilegium, sed magis privilegii restrictio; & sic onus, & odium.

COM-

Communicatio autē fit in favoribus, & gratis; non vero in restrictionibus: & Pontifices communicant privilegia, non odia, vel onera: ergo, &c. Tertio: quia Religiosi Societatis, etiam si communicent privilegia aliarum Religionum, semper illa communicant cum illa dependentia à suo Generali; quamvis in privilegiis aliarum Religionum, non petatur talis dependentia: quia hoc est conveniens pro illo Instituto perfectissime Monarchico: ergo quando alia Religiones participant illa privilegia Societatis, hoc erit absque dependentia à suo Generali: quia non est necessaria, nec pro Instituto, nec pro bono Regimine illarum. Dummodo communicatio modo dicto, non sit contra Institutum particulare alicujus Religionis, quod semper subintelligitur juxta dicta num. 101. Idque ita tenent Palaus *supra* num. 4. Pellizzar. num. 46. Bassæus *verb. privil.* §. num. 10. Hieronym. Garcia *tract. 8. diff. 1. dub. 4. num. 5. fin.* Coelestin. *in compend. moral. Theol. tract. 8. cap. 15.* Bruno *tomo 1. tract. 1. cap. 3. prop. 8.* Petrus ab Angelis *in specul. disp. 2. sect. 2. num. 3.* Ant. à Spir. *S. tract. 1. disp. 1. n. 50.* Rodrig. *quast. Regul. tom. 1. quast. 55. art. 17.* Suarez *lib. 8. cap. 17. num. 6.* Miranda *tomo 2. quast. 46. art. 5. concl. 2.* Diana *3. parte tractat. 2. resolut. 81. & 5. parte tractat. 13 resolut. 46.*

Privilegia concessa eum clausula incom-

106. Quia difficultas est, an privilegia, quæ habent clausulam incommunicabilitatis; ut videlicet aliis communicari non possint, adhuc ab aliis Religionibus possint communicari, quæ absolute habent clausu-

lam communicandi cum aliis Religionibus in privilegiis? Et quidem si in concessione ista communicationis ponatur clausula, ut possint communicare in omnibus, etiam si habeant clausulam incommunicabilitatis; non est dubium communicari dicta privilegia; & hoc licet una tantum Religio, cum tali clausula communicationem habeat: quia alia communicant eum ipsa in omnibus privilegiis; & sic etiam in isto cum tali clausula favorabili fortificato. Sed quando non ponitur, ut sit communiter, aliqui negativam partem amplectuntur, propter aliqua privilegia à Gregorio XIII. & XIV. concessa Societati, ut ordinari possint in Sacris absque interstitiis, extra tempora, sine examine in cantu, &c. cum clausula ut non possint ab aliis communicari, & alia similia: ergo nisi in communicatione addatur clausula revocatoria istius, non communicabuntur. Sic Peyrinis *tomo 1. Privileg. Const. 7. Sixti IV. num. 39. & Constitut. Pyrthi §. 11. in fine.* Hieronym. Garcia *tract. 8. diff. 1. dub. 4. num. 5.* Bordon. *tomo 2. resol. 52. num. 86.* Lezana *tomo 1. cap. 18. n. 41. & cap. 14. n. 19.* Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. n. 47.* Suarez *lib. 8. cap. 17. num. 8.* Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 9. num. 3. & alij.*

107. Verius tamen dicendum est, quod si post concessionem factam Societati cum clausula ut alii in tali privilegio non communicent, concedat vel idem Pontifex, vel Successores, aliis Religionibus absolutam communicationem omnium privilegiorum, ut nobis, & pluribus aliis

munica-
bilitatis,
aliqui di-
cunt
non com-
municari
aliis.

Etiā privilegia communicantur in quibus

R r 2. con-

dicitur non posse communicari ab aliis Religionibus.

concessum est; vel in specie in privilegiis omnibus Societati concessis, vel concedendis, quod fecit Gregorius XIV. Cisterciensibus, & Cruciferis, quod alias omnes communicant; etiam communicantur illa, quæ dictam clausulam incommunicabilitatis habent, etiam si in illis mentio non fiat eorum, sed absolute communicatio concedatur. Quod probatur primo. § Quia Pontifices concedentes privilegia, cum illa clausula, ut communicari aliis non possint, ligare non potuerunt manus Successorum, ut isti absolere non possent, quod illi ligaverunt, & concedere, quod negarunt: ergo non concedunt aliis Religionibus, vel in specie, ut communicent omnia privilegia Societatis, vel in genere ut communicent privilegia omnia cæteris Religionibus concessa; concedunt etiam illa privilegia; quæ habent dictam clausulam, ut non possint communicari. § Secundo: quia Pontifices concedentes privilegia, vel communicationem illorum, solum addere consueverunt clausulam illam: *Dummodo contraria non sint Tridentino*. Et sic concedunt communicationem in omnibus aliis concessis, & concedendis, quæ Tridentino non contrariantur: ergo omnia alia concedunt, etiam cum clausula incommunicabilitatis munita. § Tertio: quia frequenter in communicatione dicitur, cum qualitate, & clausula *quorum tenores*, quæ vim habet derogandi omnibus iuribus, & Constitutionibus derogantibus, & derogaturis privilegiis, in quibus est appolita, & dero-

gat omni clausulæ resistenti, tollitque omnes derogatorias derogatoriarum, ut *supr. num. 47.* dicebamus; ergo, &c. Atque ita docent Donatus *tom. 2. tract. 7. quest. 8.* Urbanus *tract. 2. part. 1. cap. 3. regul. 1.* Bruno *tract. 1. cap. 3. propos. 7.* Petrus ab Angelis *in specul. privileg. disp. 2. sect. 2. num. 9.* Antonius à Spiritu sancto *in Direct. Regul. tract. 1. disput. 1. num. 49.* Emanuel Rodriguez *quest. Regul. tomo 1. quest. 5. art. 17.* Hieron. Rodriguez *in compend. resolut. 116. num. 50.* Joannes à Cruce *de statu Religios. lib. 2. cap. 4. concl. 3. § ex aliis patet.* Hinojosa *verb. confirm. privileg. §. dubium hoc loco.* Bassæus *in florib. verb. privileg. cap. 5. numero 10.* Miranda *tom. 2. quest. 46. artic. 5. conclus. 2.* Diana *3. parte tract. 2. resolut. 81.*

§. III.

An Privilegia concessa uni Provincia, uni Conventui, vel Ecclesie particulari, vel etiam singularibus personis, censeantur concessa cæteris Provinciis, Conventibus, & Ecclesiis, nec non singularibus personis, ex vi generalis communicationis?

108. **P**Ræcipua difficultas in hac materia est, quam in præfati proponimus: ob idque de illa sigillatim agere libuit, & paulo latius; quia passim occurrens, & ejus resolutionis notitia est multum necessaria. Et ratio dubitandi pro parte affirmativa est, tum generalis, & amplissima privilegiorum concessio, qua Ratio dubitandi, quæ pars affirmativa probatur.

Ro:

Romani Pontifices omnia, & singula privilegia, immunitates, indulgentias, &c. quibusvis Congregationibus, Societatibus, aut aliis locis, vel illarum personis quomodocumque concessa, in genere, vel in specie, tam conjunctim, quam divisim, singulis Mendicantium Ordinibus concedunt, extendant, & communicant, cum debitis, & consuetis clausulis, *motu proprio, certa scientia, de plenitudine potestatis, quorum tenores, uti dicebamus num. 90.* Et ideo multoties Authores utuntur privilegiis uni Provinciae, aut Conventui privative concessis, ad probandum ea aliis Conventibus, & Provinciis convenire, tam ipsius, quam aliarum religionum; praecipue de privilegiis concessis Conventui S. Benedicti Vallisoleitani, de quibus tanquam de communibus omnibus Religiosis Conventibus egimus *tom. 2. tract. 9. de Matrim. cap. 14. num. 14.* Et de Privilegiis concessis Conventui S. Stephani Salmantino Ordinis Praedicatorum, similiter egimus *hoc tom. 4. tract. 15. de statu religios. in comm. cap. 3. num. 66.* Et de aliis concessis particularibus Provinciis, & Conventibus, tanquam de communibus, per communicationem, omnibus Religionibus, multoties in hoc cursu tractavimus.

Ratio du
bitandi
pro parte
negativa,
validis si
mis in-
stantiis
fulcitur.

109. Ex alia parte videtur hoc valde difficile, & alienum à mente Pontificum, atque à jure communi, multum exorbitans, maximasque parere confusiones, & absurda, & omnia ut ita dicam, confundens. Quis enim credere poterit, quod privile-

gia concessa Provinciis Religionum, apud infideles degentiam, & in propaganda fide laborantium; ubi nec adest assistentia Episcoporum, nec copia ministrantium necessaria pro salute infidelium; intelligantur concessa pro Provinciis, & Conventibus inter fideles existentibus? Quis privilegium concessum uni Monasterio pauperi, ad sublevationem pauperatis, diceret concessum esse alteri Monasterio diviti, illius, vel alterius Ordinis? Quis, concessum alicui Monasterio, propter magnam numerositatem Religiosorum, in illo frequenter viventium, assereret extendendum ad aliud, quod paucos continet, & sustentat Religiosos? Quis indulgentias, aut privilegia concessa alicui Ecclesiae, vel Monasterio, in quo est imago singularis, & miraculosa B. Virginis, vel Christi Domini, vel Corpus, aut singularis reliquia alicujus Sancti, vel ob magnam populi devotionem, & frequentiam; judicaret concessa esse aliis Monasteriis, aut Ecclesiis, in quibus talis ratio non invenitur? Sic enim tepesceret populi devotio, & non esset discrimen inter visitare Ecclesiam Lauretanam, vel Jerosolymitanam, vel Praesepe Domini, vel D. Jacobi, & alias visitare Ecclesias, quod nullus dicet. Certe talia credenda non sunt, quia à ratione aliena. Et idem est de concessis alicui particulari Religioni, ob speciale institutum, ut concessum Societati Jesu non recitandi officium Divinum in Choro, &c. Et Nobis non eundi ad procesiones publicas obstrictissimam clausuram, quam pro-

fitemur, quæ proculdubio non participantur ab alijs Religionibus, nisi eis in specifica forma fuerint concessa.

Quæ privilegia sine dubio communicantur, quæ etiam non communicantur?

110. Sed ut certa ab incertis separemus, certissimum est apud Doctores primo, quod privilegia concessa alicui personæ, ratione Dignitatis, officij, vel ministerij; quibusvis personis, ejusdem, vel alterius Ordinis communicantur in eadem dignitate, Officio, vel Ministerio existentibus: ut Generalibus, Provincialibus, Prioribus, Capitulis, Confessoribus, Prædicatoribus, &c. Et alia, quæ conceduntur particularibus personis alicujus Ordinis, non ut particulares sunt; sed ut membra, & partes alicujus Congregationis, vel Communitatis; quia sicut sunt vel in eodem Officio, & Dignitate, vel in eisdem exercitijs Religionis in communi; sic participare æquum est eisdem favores, & gratias: quod est commune inter Doctores. Sicut etiam est commune inter illos privilegia concessa alicui particulari personæ, ut tali; alijs nullo modo communicati, nec in proprio, nec in alieno Ordine: quia talia privilegia sunt personalia pure, & sequuntur personam, & cum illa extinguuntur; & sunt omnino incommunicabilia. *Cap. sane, de regul. juris, in 6.* Maxime, quia quod uni ut proficuum conceditur, alijs fortasse erit inconveniens, & nocivum, evertereturque totus ordo Religionum, si quod aliquibus ob speciales circumstantias, necessitates, aut qualitates conceditur, omnibus indiscriminatim communicaretur.

111. Secundo est certum Prælatos omnes, gaudere privilegijs omnibus, subditis Religiosis concessis, etiam si de Prælati in eis nulla mentio fiat; eo quod in favorabilibus, licet non in odiosis, nomine Religiosorum, Prælati veniant. At concessa privilegia Prælati, ut talibus non conveniunt singulis Religiosis; quia conceduntur ratione Dignitatis, non vero ratione personæ, aut quia Religiosi sunt, sed quia Prælati. Nec similiter concessa Prælati Superioribus ut talibus, nimirum Generali, aut Provinciali, non conveniunt Prælati inferioribus. Et sic concessa Generalibus, non competunt Provincialibus, nec concessa Provincialibus, communicantur Prioribus; quia illis ob Dignitatem supremam competunt, quæ non reperitur in istis. Et idem est de concessis Capitulis Generalibus, quæ Provincialibus Capitulis non conveniunt. At privilegia concessa Prælati inferiori, licet aliqui dicant non convenire Superioribus, ob constitutionem Julii II. in qua disponit, quod communicatio fiat ordinatim inter partes: de Superiore locali ad Superiorem localem; de Provinciali ad Provinciale: ergo non est faciendus transitus de Priori, ad Provinciale. § Verius tamen est oppositum: nam si Prælati Superior de jure habet eandem, & majorem potestatem, quam Prælati inferior, respectu cujuslibet Monasterij, deneganda non est ei participatio privilegij concessi inferiori ratione Potestatis, seu Officij: maxime cum sumus in re favorabili.

Coq;

Concessi
Religio-
sis con-
veniunt
Prælati,
non
contra

O
pi
gi
Co
tu
cle
ve
vin
co
fa,
on
co
re:
dic

Constitutio autem Julij II. solum statuit modum communicationis, inter Superiores, qui pares sunt in Officio; sed non negat ut Majores gaudeant privilegiis, concessis Minoribus.

Omnia privilegia uni Conventui, Ecclesiae, vel Provinciae concessa, aliis omnibus convenire aliqui dicunt.

112. His sic statutis, veniamus ad principalem quaestionem, circa quam plures, & graves Authores absolute tenent omnia, & singula privilegia concessa uni Provinciae, Conventui, Ecclesiae, vel particularibus Religiosis (non ut particulares sunt, sed ut membra alicujus Communitatis, vel Congregationis) competere aliis Provinciis, Conventibus, & Religiosis, non solum ejusdem, sed alterius cujusvis Ordinis. Quod probant primo ex dictis num. 108. Secundo: quia ita concessit Clemens VIII. Ordini S. Hieronymi in Hispania. Gregorius XIII. Societati. Clemen. VII. & VIII. nobis Carmelitis Excalceatis, & alijs alij Pontifices concessere. Ut concessa uni Monasterio, aut Personis ejusdem Ordinis, extenderentur ad omnia Monasteria, & Personas ejusdem Ordinis. Et cum haec ipsa privilegia communicentur alijs, sequetur etiam omnes alias Religiones, & in omnibus earum Monasterijs, gaudere privilegiis concessis uni Conventui, vel Provinciae. Et ideo Pius IV. ad instantiam nostri Regis Philippi II. Ordini S. Hieronymi in Hispania haec concessit, prout refert *Collector privilegiorum ejusdem Ordinis*: verbo *extensio privilegiorum*: Quod Omnia, & singula privilegia, immunitates, & exemptiones, prerogativa, indulta temporalia, favores & gratia cuivis Monasterio dicti Ordinis per quoscumque Romanos Pontifices

Prædecessores per se, & per Sedem Apostolicam, ejusve Legatos, & Nuntios in genere, & in specie concessa, ad omnia, & singula Monasteria, d. Ordinis tam virorum quam mulierum, quibus in specie concessa non sunt: & in quibus alia causa concessionis, & indultorum prædictorum, alias quam præfertur, subsunt, extenta intelligi debeant, ad id ut ipsa Monasteria, illis pariformiter uti, frui, & gaudere possint; proinde ac si eis in speciali concessa fuissent, Authoritate Apostolica extendit, & ampliavit: illaque inter omnia tam virorum quam mulierum Monasteria ejusdem Ordinis, in omnibus, & singulis communia esse voluit. Hactenus Ille: quibus adjunge privilegium concessum à Clemente VIII. Conventui S. Stephani Salmantino ordinis Prædicatorum, quo gaudet totus Ordo Prædicatorum, ac proinde alij cum eo in privilegiis communicantes.

113. Hanc sententiam modo dicto tenent, Tamburin. *de jure Abbas.* tomo 1. *disp.* 17. *quest.* 2. n. 1. ubi alia adducit privilegia. Pellizzar. *tract.* 8. *cap.* 1. num. 42. & 43. Bruno Cassaing. *tract.* 1. *cap.* 2. *prop.* 5. Quinranadvennas *singul. quest.* tomo 2. *tract.* 2. *singul.* 15 n. 5. Portel. *verb. communicatio privileg.* num. 6. & *verb. privil.* num. 20. Miranda tomo 2. *quest.* 46. *artic.* 7. Ant. à Spir. S. *tract.* 1. *disp.* 1. num. 40. Rodrig. tomo 1. *quest.* 55. *art.* 18. Hieronym. Garcia in *Polit. regul.* *tract.* 8. *diff.* 1. *dub.* 4. n. 8. & præcipue n. 11. Quare dicunt hi Authores, quod licet ex vi concessionis, hoc intuitu, vel illo, hac vel illa ratione, aut circumstantia non extendatur privilegiū ad alia Monasteria, vel Ec-

Senten-
tia dictæ
explica-
tio, &
authores
pro ea,

clesias, ubi non est talis circumstantia, vel ratio; bene tamen ex vi alterius generalis concessionis: quia Successor Pontifex, omnia concessa quacumque ratione ad alia extendit; maxime, quia in dubiis extendenda sunt privilegia, non coarctanda: quemadmodum indulgentia Portiunculæ communicata Ecclesiæ speciali, extenditur ad omnes Ecclesias Minorum. Sed hoc ultimum nihil probat: quia ad hoc datur privilegium speciale Pauli V. extendentis illam indulgentiam Portiunculæ ad omnes Ecclesias Minorum. Ex quo colliges extendi etiam per communicationem ad omnes Ecclesias aliorum Ordinum juxta n. 118. dicenda.

Quando in aliis Conventibus eadem vel similis ratio militat, participant privilegia uni Conventui concessa.

114. Sed huic sententiæ nunquam acquiescere potuimus propter dicta num. 109. Quare asserimus primo, quod tunc privilegia concessa Provinciæ, Ecclesiæ, Loco sacro, aut particularibus personis, conveniunt per communicationem omnibus Ecclesiis, Provinciis, locis sacris, & particularibus Religiosis (non ut particularibus, sed ut partes sunt alicujus Congregationis) tam ejusdem, quam aliarum Religionum, quando in eis militat eadem, vel similis ratio, propter quam Pontifex alia privilegia concessit: quia ubi sunt eadem, similia, vel æquipollentia obsequia Dei, vel Ecclesiæ sanctæ; credendum est velle Pontificem, illa privilegia eoque extendere. At ubi talis ratio, eadem, similis, vel æquivalens non militat, credendum est nolle Pontifices concedentes alicui Congregationi, Ecclesiæ, vel Conventui, ob rationes,

& circumstantias particulares illis solis convenientes aliqua privilegia ea extendi ad alia, quia illis conceduntur ob rationes singularissimas, in eis dumtaxat inventas, quæ non militant in aliis: & tunc censentur quasi personalia, & non extensibilia. Quod verificatur in omnibus casibus à nobis adductis num. 109. & quæ pro contraria sententiâ adduximus, num. 108. intelliguntur de illis, de quibus in prima parte hujus assertionis loquimur.

115. Quod alii aliis verbis explicat, dicentes quod quando privilegium, indulgentia, &c. conceditur alicui Ordini, Monasterio, Ecclesiæ, &c. intuitu Religionis, vel intuitu Doctrinæ, &c. quamvis forte major Religio, aut doctrina in tali Monasterio vigeat, ob quam causam ei primo conceditur, extenditur nihilominus ad alia Monasteria ejusdem Ordinis, & etiam aliarum Religionum: quia jam eadem, vel similis, vel æquivalens ratio censetur in omnibus reperiri: ut Indulgentia pro die Patroni, vel alicujus Sancti Ordinis: vel suspensio interdicti pro eis diebus; quod respectivè communicatur aliis Ordinibus. § At si privilegium, vel indulgentia concessa sit intuitu alicujus specialis circumstantiæ, Loci, vel Congregationis; quia nimirum in eo est imago valde miraculosa, Corpus alicujus Sancti; quia in loco illo exercitum fuit aliquod mysterium, vel excellentissimum opus; vel quia hoc petit specialis ratio Instituti illius Ordinis, talia indulta non extenduntur ad alios Ordines, loca, vel Ecclesias, in quibus

Id ipsum alia via explicatur, & confirmatur instantiis manifestis.

bus non viget illa ratio: sed sunt quasi singulares, & personales illius loci favores. Quemadmodum privilegia concessa Prælati secundum omnes, non competunt subditis; quia illis conceduntur, ob specialem circumstantiam excellentiæ, quæ in istis non reperitur: & privilegia concessa huic particulari, ut tali, omnes dicunt alteri non convenire; quia illi conceduntur ob specialem circumstantiam personæ, quæ in isto non datur: ergo similiter concessa particulari loco, Provinciæ, aut Monasterio non intuitu Religionis; sed ob specialem circumstantiam illius; non conveniunt aliis, etiam per communicationem, ubi tales circumstantiæ defunt: aliàs omnia confunderentur: pietas, & devotio in fidelibus respectu aliquorum locorum non parum frigeret, & minueretur. Atque ita docent Suarez de legib. lib. 8. cap. 28. num. 1. Lezana tom. 2. cap. 1. num. 52. Petrus ab Angelis in speculo disput. 2. sect. 2. a num. 14. Bordon. som. 2. resol. 52. a num. 75. Quaresmi in sua Hierusalem illustrata, som. 1. lib. 2. cap. 1. dubio 5. §. Alterum.

Quæ raro, & cum difficultate conceduntur, non extenduntur ad alios Ordines.

116. Afferimus secundò: non extendi communicationem ad eas Gratias, quæ alicui particulari Conventui, vel Religioni per Brevia particularia, præcedente decreto, vel examine alicujus Congregationis, Pontifices concedunt, quia cum non concedantur intuitu obsequii communis cum aliis Religionibus, seu Conventibus; sed ob particularem, & specialem rationem: & sic computentur inter ea, quæ raro & cum

magna difficultate conceduntur, sapiantque naturam singularium gratiarum, ideo non communicantur ex vi generalis communicationis. Ut si alicui Conventui præbeatur facultas alienandi bona immobilia, si alicui Congregationi detur potestas recitandi de aliquo Sancto, vel apponendi in Breviario Sanctum sui Ordinis, vel reducendi numerum Missarum: ad quæ omnia, decreta Congregationis, & examen illius regulariter præcedunt: & sic computantur inter ea, quæ raro, & difficulter conceduntur, minime extenduntur ad alia Monasteria, vel ad alios Ordines. Lezana tom. 3. verbo Missæ, num. 51. Quintanadvenas singul. citat. num. 3. Diana, quem refert, & sequitur N. Petrus ab Angelis disput. 2. sect. 2. num. 17.

117. Ex his patet, ad ea, quæ pro contraria sententia afferuntur. Illæ namque amplissimæ concessionis Summorum Pontificum, intelligi debent cum limitationibus assignatis: quia solum loquuntur de communicationibus, quæ Ordinibus, & Congregationibus, Locis, & personis communiter fiunt, seu intuitu Religionis, doctrinæ, vel alterius circumstantiæ, quæ eadem vel similis, vel æquivalens in aliis reperitur; non verò de concessis particularibus Locis, vel Ecclesiis privatis ob specialissimas rationes, in eis repertas: sicut nec loquuntur de concessis privatis Personis, ut talibus, ob singulares circumstantias, & qualitates, quæ in illis considerantur; nec intelliguntur de his, quæ raro, & non sine magna


Solvuntur ea, quæ pro contraria sententia afferuntur.

difficultate, ac præcedente examine conceduntur: quia in generali concessione non veniunt, quæ non essent concessa, si specificè peterentur. De quibus est intelligendus notabilis textus in capite *Cum capella, de privilegiis*. Ubi disponitur, quòd privilegiū concessum uni Ecclesiæ, vel Provinciæ, seu Loco nequit trahi ad aliam Ecclesiam, Provinciam, seu Locum: quod intelligitur modo in duabus nostris assertionibus dicto.

Omnia huc usque dicta etiam de indulgentiis accipienda sunt,

118. Afferimus tertio: omnia quæ dicta sunt de privilegiis adaptari debere Indulgentiis; siquidem sub privilegiis nomine comprehenduntur, & sub proprio nomine indulgentiarum nobis, & aliis sunt communicatæ. Quare omnes communicantur, quæ generaliter alicui Religioni cōceduntur, intuitu Religionis: nisi fuerint de his, de quibus specialis mentio requiritur; non verò quæ ob specialem, & specificam rationem alicui Ordini, Ecclesiæ, vel Monasterio conferuntur, & quæ raro, & non nisi cum magna difficultate solent concedi. Talis est indulgentia altaris privilegiati; quia hæc conceditur ex specialissimo indulto, & difficillimè: & ideo non comprehenditur sub generali communicatione, uti prædicatur de stylo Curia. Peyrinis tom. 2. *privileg. ad constitut. Pauli III. in annotat. num. 1.* Tambur. tom. 1. *disp. 17. quest. 2. num. 4.* Merola tom. 3. *de privileg. cap. 8. dub. 22. num. 21.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disp. 1. numer. 45. licet alii oppositum probabiliter teneant.* § Similiter, Indulgentiæ perpetuæ, quæ continent generalem ra-

tionem, nimirum auxilium Sanctorum, augmentum Christianæ Religionis, splendorem Ecclesiarum, communicantur; licet in specie ab aliqua Religione impetratæ fuerint. Non verò communicantur indulgentiæ, sicuti nec alia privilegia, quæ solum ad tempus determinatum cōferuntur: quia communicatio intelligitur de indulgentiis, & privilegiis perpetuis. Bordon. tom. 2. *resolut. 52. num. 77. & 81.* Lezana tom. 3. *verbo indulgentia, num. 8.* Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disput. 1. num. 43 & 46.* Hieronym. Garcia *tract. 8. diff. 1. dub. 4. n. 9.* Petrus ab Angelis *disp. 2. sect. 2. num. 25. & 26.*



PUNCTUM VIII.

De usu privilegiorum, tam pro foro externo, quàm interno.

119. PLURA quæ ad usū privilegiorum pertinent, manent jam ex dictis explicata. Nam utrum privilegiatus teneatur aliquando uti privilegio? diximus num. 11. An si privilegium fuerit sub conditione impetratum, eo uti possit impetrans, ante impletionem conditionis? num. 34. & alia plura diversis locis hujus Capituli explicuimus: & an Novitii uti possint omnibus privilegiis, pro Religiosis professis expeditis diximus hoc tomo, *tract. 15. de statu Religioso in communi, cap. 3. num. 85.* Nunc ad alia, quæ remanent accedentes, duplici §. totum hoc negotium absolvemus.

§. 1.

Alibi dicitur circa hanc materiam referentur.

§. I.

*Quando, quo loco, & quomodo possint
uti Regulares privilegii ipsi
concessi.*

Ad utrum
dum
privile-
gio pro
foro
consci-
entia non
requiri-
tur scri-
ptura.

120. **U**T privilegiatus possit uti in foro conscientia privilegio sibi immediatè, vel per communicationem concessio; debet ipsi foro de validitate, aut firmitate ejus, vel saltem circa hoc habere opinionem probabilem, quod sufficit ut sit utus in conscientia illo utendo. Non requiritur autem pro tali foro scriptura, vel bullatio, ut latè diximus *num. 57.* sed sufficit, quod oretenus illud impetraverit, vel concessum esse sibi constet, per aliquod vivæ vocis oraculum. An verò, & quomodo revocata fuerint vivæ vocis oracula per Urbanum VIII. dicemus *capite sequenti.* Vel etiam sufficit, quod per consuetudinem illud adquisierit. Nā per consuetudinem posse acquiri privilegia, diximus supra *num. 30.* Pro foro autem externo requiritur, quod illud exhibeat in scriptis, vel in forma probante; quia in hoc foro nulli creditur sine probatione, *cap. tua nos, de sponsalibus, cap. accepimus 4. de privilegiis, cap. cum persona 7. eodem titulo in 6.* Quomodo autem pro foro externo probetur privilegium, dictum est jam à nobis supra *num. 29. & 30.*

In dubiis
de valo-
re privi-
legii,

121. Sed rogabis primò, an Episcopus dubitans de validitate privilegii Regularium, an sit in usu, an subrepticium, an vitiosum, an amissum, aut aliter intelligendum, possit

Regulares impedire, ne interim tali non privilegio utantur? § Respondetur test Episcopus negativè: tum, quia illis privilegiorum Regularium judicialis interpretatio est prohibita, uti probavimus *sup. num. 72.* & sic de eis judicare non possunt: sed consulenda est Sedes Apostolica, & interim lite pendente circa valorem, non est privandus privilegiatus sua possessione: tamen si talis possessio sit contra jus. Tum etiam, quia nemo potest esse iudex in causa propria, quod præstaret Episcopus, si modo dicto ageret contra exhibentem sua privilegia. Tum denique, quia privilegia Regularium in dubio, latè sunt interpretanda, ut diximus *num. 73* & stante utriusque opinione, aut dubio, in favorem eorum explicanda sunt, ut ex multis probavimus, *num. 74.* & sic tenent Authores dictis locis citatis, & in præsentì, Rodriguez *tom. I. quest. 56. art. 12.* & *tom. 2. quest. 64. art. 7.* Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. nu. 85.* Petrus ab Angelis *disp. 2. sect. 3. num. 8* § Addit autem Hieronymus Garcia in *Polit. Regul. tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 4. num. 13.* posse Religiosos uti suis privilegiis adversus quemcumque inferiorem Papa, & si ab oppositione non desistat, eum excommunicare, & quod factum fuerit ab Episcopo, vel alio adversus illos esse nullum, ob indultum Julii II. Fratribus de Monte Oliveti, & Leonis X. qui concessit Augustinianis, ut Clericos, qui se opposuerint, possint privare suis dignitatibus. Quod privilegium refertur in *compendio Societatis*

§ 2

§. 2.

9. 2. Sed ad hoc debent iudicem conservatorem nominare.

Uri possunt Regulares suis privilegiis, etsi habuerint non usum, vel usum contrarium.

122. Rogabis secundò: an Regulares possint uti suis privilegiis, etsi contra ea habuerint usum contrarium? § Respondetur affirmativè, ob privilegium bullatum Eugenii IV. concessum Congregationi S. Justinæ, quod refert Rodriguez in *bullar. fol. 199.* & Tambur. *de jure Abbat. tom. 1. disp. 16. quest. 12. num. 4.* in quo statuitur, *ut si quando contigerit quòd per aliquem, aut plures actus contra hujusmodi, aut quacumque alia privilegia, indulta, gratias, immunitates prædictæ Congregationi concessa, aut ipsorum aliquod, à quocumque, cujuscumque conditionis, gradus, seu status existat, ex negligentia, vel ignorantia præsentium, vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut alia quavis causa, propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore observatum ignoranter, vel scienter procedatur, nullum tamen præjudicium deereis privilegiis indultis, gratiis generetur; sed in suo vigore, ac robore permanens.* Portel, in dubiis Regularium, verbo privilegium, in addit. numer. 4. Tamburin, loco citat. Diana 3. part. tract. 2. resolut. 88. Joannes à Cruce de statu Relig. lib. 2. cap. 3. dub. 2. conclus. 2. Pellizzar. supra num. 77. Sed de hoc amplius redibit sermo cap. sequent. cum de amissione privilegiorum per non usum, vel usum contrarium loquemur. § Atque idem Eugenius IV. Monasterio S. Pauli extra muros concessit, ut non possit præscribi contra ejus privilegia, nisi per 100. annos, ut refert Tamburin. loco citat. Quæ præscriptio debet nume-

rari ab ultima confirmatione, ex certa scientia, ut asserit Joannes à Cruce loco citat. & Tambur. *quest. 14. num. 8.* Antonius à Spiritu sancto *tr. 1. disp. 1. num. 114.* § Ac denique idem Eugenius IV. concessit Congregationi S. Benedicti, ut eorum privilegia non possint amitti per contrarium usum, vel per non usum, ut refert Portel, & Diana citati.

123. Rogabis tertio, an possint Superiores Regulares limitare usum privilegiorum suis inferioribus, vel illum in totum auferre? § Respondetur affirmativè, juxta dicta nu. 76. præcipue autem Generales, Capitula Generalia, aut Provincialia possunt limitare, seu restringere sibi subditis usum quorumcumque privilegiorum Apostolicorum, ut concessit Leo X. Minoribus, & habetur in Compendio Mendicantium, verbo privileg. Fratrum, §. 26. & Clemens IV. Cisterciensibus, ut in eorum comp. verbo privileg. §. 6. reperitur, & Gregorius XIII. Societati, ut in compendio privilegiorum ejus dicitur, verbo gratiarum usus, §. 2. atque ita tenent Tambur. *tom. 1. disp. 16. quest. 9. num. 1. & 2.* Diana 3. part. tract. 2. resolut. 87. Peyrin. *tom. 1. privileg. constit. 2. Julii XII. §. 3. num. 9.* Antonius à Spiritu Sancto *num. 105.* Miranda *tom. 2. quest. 43. art. 4.* Bastæus verbo privileg. *num. 41.* Manuel Rodriguez *tom. 1. quest. 9. art. 2.* Hieronym. Rodriguez *resolut. 116. num. 26.* Portel. verbo privileg. *num. 78.* § Non tamen poterunt, virtute prædictarum concessionum tollere aut limitare privilegia, quæ sunt in corpore juris inser-

Superiores Religiosi non possunt eorum privilegia restringere, & auferre suis Religiosis.

ta. V. g. quòd Superiores confiteri extero Sacerdoti possint, & alia hujusmodi: quia privilegia in corpore juris inserta, habent vim legis, quam abrogare, vel tollere aut restringere non potest inferior. § Et ex dictis *l. so cisato*, constat, posse Capitulum Generale restringere, & auferre usum alicujus, vel aliquorum privilegiorum, respectu Generalis: quia privilegio, quod fuit toti Religioni concessum, ipsa tota conjuncta in Capitulo potest cedere, & usum illius à quolibet abdicare. Pellizzar. *num. 63*. Antonius à Spiritu sancto *num. 106*.

Quando privilegiatus adversus privilegium agere potest.

124. Rogabis quarto, an privilegiatus adversus pariter privilegium, possit uti privilegio sibi concesso? § Aliqua diximus circa hanc difficultatem supra *num. 103*. sed quia alia ad hunc locum remisimus, respondemus utrumque esse verum, & affirmativam partem, & negativam, habere locum; sed in diversis casibus, v. g. habet quis privilegium generale accipiendi decimas ab omnibus existentibus in hoc territorio: habet alius privilegium speciale non solvendi decimas, hic potest agere adversus illum; ille vero agere non potest adversus istum: quia speciale prævalet generali, cum generi derogetur per speciem. *Regul. 34. de regul. juris*. Imo non prævalet cum non sit contra, quia in generali semper intelliguntur excepti, qui speciale habuerint privilegium. Idem est in isto casu. Habet aliquis creditor privilegium ad compellendum omnem debitorem: & debitor talis habet privilegium, ut non possit compelli intra ta-

le tempus, ut in hoc regno habent agricola, ut non possint cogi ad solvendum tempore messis colligenda: non poterit creditor ille hunc debitorem compellere; sed magis iste per privilegium se potest contra illum defendere. Accipe aliud exemplum: habet Dux privilegium à Rege ut obliget quemcumque Plebanum, ut recipiat hospitem militem: habet è contra Plebanus Religiosorum Carmelitarum Confrater, eò quòd recipiat Fratres in sua domo, privilegium ne cogatur ad recipiendos tales milites: in tali casu Dux privilegiatus, non potest agere contra illum Plebanum; quia ille est in genere privilegiatus, iste in specie, & sic iste adversus illum debet prævalere. Ita in aliis, & similibus casibus, tenent Paulus *tractatu 3. disp. 4. punct. 8. num. 2*. Rodriguez *tom. 1. quest. 9. artic. 1*. Garcia *tract. 8. diff. 1. dub. 8. numer. 3*. Salas *de legib. disp. 17. sect. 14. num. 14*. Antonius à Spiritu sancto *tract. 1. disp. 1. num. 115*. Bassæus *verb. Privileg. 4. num. 12*. Bordon. *tom. 2. resolut. 52. num. 63*. Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. numer. 78*.

125. Si tamen contraria privilegia concurrant, ita quòd non possint concordari, ut utrumque valeat; ut si privilegium habeat Monasterium ædificatum, ne aliud intra spatium certarum annorum ædificetur, & alteri Monasterio concessum sit intra illud spatium ædificare; tunc antiquius privilegium debet prævalere adversus posterius: cum Princeps non præsumatur velle derogare juri alterius, jam acquisito, nisi illius fa-

Quomodo privilegiatus non potest agere contra privilegium.

ciat expressam mentionem, illi manifeste derogando. Idem est, quotiescumque agitur de damno vitando, vel lucro acquirendo: tunc ille præfertur, qui passurus est damnum, Bartholus in *authentic. quas actiones, Cod. de sacros. Eccles. num. 3.* Suarez lib. 8. de legib. cap. 23. num. 5. & 6. Pellizzar. Bordon. Palaus, Rodriguez, *loci citatis*, & constat ex dictis supra n. 103

§ At verò si utrumque privilegium sit æquale, æque favorabile, & concurrant in actu exercito; tunc privilegiatus uti non potest privilegio adversus alium pariter privilegiatum; eò quòd simile non agit in omnino simile, ut docet Philosoph. lib. 4. de generat. cap. 7. text. 50. & tunc currit regula illa juris, de qua mentionem fecimus num. 102, quòd privilegiatus contra pariter privilegiatum non gaudeat privilegio, l. *verum, ff. de Minoribus*. Et sic quando duo habent privilegium circa eandem rem æquale, utrumque conquassatur, & cessat; & standum est juri communi. Quare miles adversus militem uti non potest privilegio militum, minor adversus minorem, non potest uti privilegio Minorum. Cujus duo exempla adduximus tom. 3. tractat. 14. de contract. cap. 5. de testam. numer. 121. 125. & 126. circa quartam Trebellianicam deducendam ab hæreditate, & quartam falcidiam deducendam ex legatis.

Privilegiatus, in omni loco potest uti

126. Rogabis quomòdo, an Regularis, vel quilibet alius privilegiatus, possit in omni loco uti privilegiis sibi concessis? § Responderetur, quòd si privilegium sit absolute, & absque

ulla determinatione concessum; potest in quolibet loco illo uti, nisi de mente concedentis aliter constet. Tum: quia sicut privilegium absque determinatione temporis concessum, est perpetuum, & pro omni tempore, sic concessum absque determinatione loci, deservit pro omni loco. Tum etiam: quia ubi lex non distinguit, aut limitat, nec nos distinguere debemus, aut limitare; nisi ad id aliqua ratione, aut lege cogamur. Bonac. *disp. 1. quest. 3. punct. 5. num. 1.* Palaus *tract. 3. disput. 4. punct. 6. num. 1.* Suarez lib. 8. cap. 26. num. 2. Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. num. 59.* Bassæus *verb. privileg. 5. num. 7.* § Ex quo fit, posse privilegiatum uti privilegio reali, vel personali sibi concessio, absque ulla determinatione loci, ubicumque fuerit, etiam extra territorium concedentis (dummodo speciali lege, consuetudine, vel statuto, non fuerit materia illius prohibita in alio loco, & absit scandalum, ut supponimus) quia privilegium sequitur personam, vel qualitatem ejus: & cum non sit locale, non alligatur loco, sed personæ, si fuerit personale; vel qualitati personæ, si reale. V.g. habes dispensationem à tuo Episcopo in voto castitatis; quando illam concedere potest, potes ubique matrimonium contrahere, vel debitum ab uxore petere. § Habes licentiam ab Episcopis, vel Inquisitoribus legendi libros prohibitos; ubique potes eos legere. Dispensatus es ab Episcopo in jejuniis, in abstinentia carnium, in irregularitate; ubicumque fueris, potes tali dispensatione uti. Sic

suo privilegio.

ci-

citati, & Sanchez lib. 8. de matr. disp. 31. num. 17. Salas de legib. disput. 17. sect. 10. num. 54. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 16. Azor lib. 5. cap. 23. quest. 6. & alii communiter.

Prima limitatio præcedentis doctrinae.

127. Sed duplicem limitationem tetigimus. Prima est: *Nisi aliud constet de mente concedentis.* Si autem constaret ipsum solum velle pro certo loco valere privilegium, pro illo tantum eo uti poteris. Mens autem concedentis colligi potest, tum ex verbis illius, tum ex supplicatione, quæ interponitur, tum ex re, quæ petitur, tum ex antecedentibus, & consequentibus, tum ex ratione motiva, & finali, ob quam conceditur. Ex quo fit primò: quòd si concedens privilegium, plures habeat Provincias, & regna; inspiciendus est modus loquendi: nam si loquatur ut Princeps unius loci, & non alterius, censetur solum pro uno loco privilegium concessisse. Si loquatur ut Princeps omnium, censetur universalem pro suis regnis facultatem dedisse. Unde privilegium concessum ab Imperatore, ut Imperatore, vel à Pontifice, ut tali, valet pro omnibus locis, & regnis. Sequitur secundò, Quòd si Papa àlicui Nationi facultatem comedendi lacticia concedat in Quadragesima, ob distantiam Regionis à mari, vel ob defectum, & inopiam piscium; non licet extra talem Regionem vesci lacticiis: quia cum Superior in concedendo privilegium respexerit conditionem illius loci particularis, & ob illam motus est ad concedendum, præsumitur nolle illud concedere, extra illam Regionem. Suarez

num. 3. & 4. Bonacin. num. 3. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 16. quest. 3. Palaus supra num. 3. Privilegium autem Bullæ Cruciatæ ex editur etiam extra Hispaniam; quia concessum fuit à Pontifice absolute, non ob inopiam piscium; aliàs in locis maritimis eo uti Hispani non possent; sed ut jejunii rigorem temperaret sumentibus bullam, ob eleemosynam in subsidium Cruciatæ præstitam.

128. Secundam adhibuimus limitationem: *Dummodo speciali lege, consuetudine, vel statuto, &c.* Si enim in illo loco sit specialis lex, aut consuetudo contra privilegium, illo uti non poteris, nisi à Principe illius loci habeas illud, quia adversus legem aliquam, non potest privilegium concedere, nisi qui illam tulit, vel Superior illius: idcirco si ibi habeas domicilium, non poteris uti tali privilegio concessò ab Episcopo, vel Principe, qui non est talis respectu talis territorii. Si tamen ibi ut hospes existas, non indiges privilegio ad agendum contra legem, vel si fuerit aliàs jure etiam communi prohibitum; poteris illo uti: quia leges municipales non obligant hospites, vel peregrinos, ut diximus tract. 11. de legibus cap. 3. num. 58. Nisi sint etiam leges vel consuetudines circa contractus; quas etiam peregrini, & transeuntes tenentur observare, juxta ibidem dicta, & tom. 2. de matr. cap. 8. num. 18.

129. An verò sufficiat te habere privilegium à Superiori Principe concessum, ut contra leges municipales agere possis, vel requiratur te illud

Secunda limitatio præcedentis doctrinae.

Cujusdam casus resolutio illud

propo-
nicur.

illud habere à Principe illius loci, qui legem tulit? ut si ab Episcopo hujus territorii sit impositum jejunium, aut dies festus indictus, aut abstinencia à carnibus, vel consuetudine sint hæc introducta, an uti possis privilegio absolute à Pontifice concessio non jejunandi, non abstinendi à carnibus, dubium est apud Authores, &c. Aliqui negant: quia Pontifex concedendo illud privilegium, non censetur velle legibus municipalibus derogare; quia eas ignorare præsumitur. Palus num. 3. Bonacin. num. 3. & 4. Sed hoc verum est, quando materia non est de rebus, quæ sub jure communi soleant cadere frequenter. Secus si sit de illis, ut in exemplis adductis: quia Superior, vel Episcopus illius loci imponendo jejunium, vel abstinenciam à carnibus, non intendit graviolem obligationem imponere, quam imponat jus commune: & consequenter virtualiter vult, ut quotiescumque aliquis in jure communi, vel in jejunio Ecclesiastico dispensationem habet, censeatur ad illud speciale jejunium dispensationem habere. Sic Salas de legib. disp. 17. sect. 10. num. 56. cujus opinionem ideo amplexari sumus; quia videtur durum, & difficile asserere, eum qui à Pontifice habet dispensationem, vel privilegium nunquam jejunandi, nunquam à carnibus abstinendi, etiam in Quadragesima, etiam in Vigiliis, etiam in Feriis sextis; teneatur jejunare, aut à carnibus abstinere diebus, quibus in suo loco, vel consuetudo, vel Episcopi præceptum introducere obligationem jejunii, vel

abstinenciam à carnibus; cum illorum observantia sit gravior, sacratior, & urgentior, utpote ab Apostolis accepta, quam alia quæcumque introducta.

§. II.

An Regulares uti possint privilegia per Tridentinum revocatis.

130. **H**Æc est gravissima difficultas, multum inter Authores agitata. Et quia ad praxim multum necessaria sunt, quæ dicemus, libuit ex professo illam examinare. Porro non loquimur in præfenti de omnibus privilegiis, quæ sunt cõtra decreta Tridentini, (cum, ut diximus num. 50. non omnia, quæ sunt hujusmodi, sint per illud revocata;) sed de illis privilegiis, quibus resistit Tridentinum, per clausulam revocatoriam illorum, dicendo: Non obstantibus quibuscumque privilegiis, & similibus verbis, cujus plura exempla affert Joannes à Cruce, de statu Religioso lib. 2. cap. 3. dub. 6. Talis autem derogatio privilegiorum aliquando ponitur in fine capitis, vel decreti, ut patet sess. 5. cap. 2. & sess. 23. cap. 12. & aliis locis. Aliquando ponitur in fine sessionis, in qua multa capita, seu decreta comprehenduntur, ut patet ex sess. 25. de Regular. cap. 22. De istis ergo sic revocatis per Tridentinum loquimur: an modò vim habeant, ita ut illis possint uti Regulares vel in foro externo, vel in foro conscientie? § Et quidem, si loquamur de pri-

Quid
certum
sit in hac
difficultate,
&c.
quid dubium.

privilegiis extra Tridentinum, sive à jure Communi, sive ab aliis Conciliis Generalibus revocatis, omnes fere Authores affirmant in suo robore persistere, sive quia Tridentinum revocando aliqua, etiam jam ante illud revocata, cetera tacite confirmare videtur; sive quia plures dantur Bullæ Pontificiæ, quæ omnia privilegia Regularibus concessa confirmant; dummodo Tridentino non sint contraria, quorum aliquas in præfenti adducemus, & clausula illa, dummodo Tridentino non sint contraria, ut jam diximus num. 50. intelligenda est de illis privilegiis dumtaxat, quæ per Tridentinum revocantur per clausulam *non obstantibus*; non vero de aliis, quæ licet contraria sint ejus decretis, per illud modo dicto non revocantur. De istis ergo, quibus Tridentinum resistit per clausulam *non obstantibus*, loquimur in præfenti

Senten-
tia asse-
rens pri-
vilegia
per Tri-
denti-
num re-
vocata
modo
habere
vigorem

131. Non desunt plures, & graves Doctores, qui absolute asserunt omnia privilegia modo dicto per Tridentinum revocata, modo habere vim etiam pro foro externo, eisque posse uti Regulares, ac si revocata non essent. Sic Henriquez lib. 7. de Indulgentiis, cap. 24. & tractatu 1. de penitentia, cap. 6. num. 6. Llamas in method. parte prima, cap. 7. §. 6. Rodriguez in additionib. ad summam, tomo quarto, cap. 10 §. & in exposit. Bullæ Cruciatæ §. 5. num. 26. Sorbus in compend. privilegiorum, verb. processiones, §. an teneantur, & verbo interdictum num. 3. citans Medinam, Peyrin. tomo primo, privileg. const. 7. Pij V. §. 1. num. 2. N.

Thomas à Jesu de procuranda omnium gentium salute, libro secundo, capite 8. Bruno Cassaing. tractatu primo, cap. 6. proposuit. 6. Augustinus de Bellis in suo libello idioma Hispano conscripto, cujus titulus est, *allegaciones en derecho*. Bassæus in floribus Theolog. verb. Missæ, cap. 8. num. 9. & probant suam sententiam: quia Pius V. in Bulla incipiente: *Etsi Mendicantium Ordines*, expedita 17. Julij 1567. Pontificatus sui anno 2. quæ habetur in Bullario Magno, & apud Rodriguez in suo Bullario, confirmat in favorem Regularium omnia privilegia Eorum, quæ erant per Tridentinum revocata, & si in contrarium dicas (quod certe dicendum est) Gregorium XIII. postea in Bulla incipiente: *In tanta rerum, & negotiorum mole*, expedita Kalendis Martij, anno 1573. Pontificatus Sui anno 5. revocasse illam Bullam Pij V. & omnia reduxisse ad terminos ipsius Concilij. §. Dicunt primo Bullam Gregorij XIII. revocatoriam Bullæ Pij V. nullam habuisse vim: quia & si Pontifex intentum habuerit illam publicandi; nunquam tamen eam publicavit, etiam Romæ; quod probant ex eo, quod Doctissimus Navarrus in Curia tunc temporis existens, id asseruit in Manuali Latin. cap. 27. in fine. Quod etiam asserit Pater Donatus tomo primo, tractatu 16. questione 8. numero 5. §. Secundo dicunt, quod licet Bulla Gregorij fuerit publicata; tamen postea idem Gregorius XIII. revocavit suam Bullam, confirmavitque privilegia Minorum, cum clausula derogatoria suæ ante dictæ Constitutionis,

T t nis,

nis, per Bullam expeditam die 25. Maij, anno 1575. quæ incipit: *Ex benigna*, confirmans privilegia omnia, tam vivæ voeis oracula, quam Bullata, tam per concessionem, quam per communicationem; motu proprio, & ex certa scientia. Quam Bullam adducit Rodriguez in suo Bullario, Bulla 1. hujus Pontificis.

Funda-
menta
prædi-
ctæ sen-
tentia
dissol-
vuntur.

132. Sed ex his fundamentis male probatur hæc sententia. Nam Bullam illam Gregorij XIII. revocatoriam Bullæ Pij V. constat esse publicatam Romæ, & affixam ad Valvas Basilicarum Principis Apostolorum, S. Joannis Lateranensis de Urbe, & in acie Campi-Floræ per Joannem, & Marcum Antonium Brutum Cursores ejusdem Pontificis; & fuit registrata per Cæsarem Secretarium, & fuit apposta inter alias Bullas Cameræ Apostolicæ, & habetur *romo secundo*, apud Cherubinum inter Bullas hujus Pontificis. Nec Auctoritas Navarri est in oppositum: nam non loquitur ibi de Bulla revocatoria Gregorij XIII. sed de alia Bulla ipsius Pij V. qua voluit moderate suam primam Bullam propter magna inconvenientia, præter suam spem, sequuta ex priori; & morte præventus non potuit illam edere, & publicare: & de hac loqui Navarri, ostendit Lezana tom. 2. cap. 1. numero 14. illius verbis ex professo adductis, N. Petrus ab Angelis in *specul privileg disp. 7. sect. 1. à num. 4.* Quare esse Publicatam dictam Bullam tenent Machado tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. document. 11. num. 4. Nicolaus Bravo in tract. *Monast. cap. 1.*

num. 9. Cherubin. in *compend. Bullar. tom. 2. const. 9. Gregorij XIII. col. 10.* Quaranta ad eandem Bullam. Diana 11. parte, tract. 2. resol. 6. Manuel Rodriguez qq. *regul. tom. 3. q. 74. art. 16.* Tambur. *de jure Abbat. tom. 1. disp. 17. q. 1. num. 16.* & alij communiter. Unde primus Author, qui sequutus est Navarri, eum male intellexit, & alij qui eum ut oves ovem, & aves avem sequuti sunt, etiam sunt manifeste decepti. § Nec secundum, quod hæc sententia pro se adducit, ei favet: nam Bulla illa secunda Greg. XIII. *Ex benigna*, non revocavit primam, *Intanta rerum mole*, quatenus favebat Tridentino, cum in ea addatur; *Quatenus sunt in usu, & sacris Canonibus, ac decretis sacri Concilij Tridentini non adversantur*: ut videre est apud Rodriguez in Bullario, & apud Cherubin. loco citato, ubi de verbo ad verbum adducitur talis Bulla.

134. Melius tamen probaretur illa sententia ex Bulla Gregorij XIII. expedita 11. Februarij anno 1582. apud Rodriguez in Bullario, Bulla 23. Gregorij XIII. qua ex motu proprio, certa scientia, & de Apostolicæ plenitudine Potestatis confirmavit omnia privilegia Societatis Jesu, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, ab omnibus suis Prædecessoribus concessa, qualiacumque sint, & ea omnia, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro expressis haberi voluit, & nullam clausulam restrictivam apposuit, nec ex non usu, nec ex revocatione, aut contrarietate ad Concilium Tridentinum, eis derogari decrevit; quæ fuit maxima

Duplex
specialis
Bulla ad-
ducitur
in favo-
rem præ-
dictæ sen-
tentia.

maxima concessio, qua alia Religiones communicantes cum Societate, fruuntur. § Vel ex alia Bulla Gregorij XIV. expedita 24. Septemb. anno 1591. Camaldulensibus concessa. Ubi in §. 11. communicat eis omnia, & singula privilegia cujuscumque Ordinis, & Congregationis tam viatorum, quam mulierum Regularibus quomodolibet concessa, & concedenda: etiam si talia sint, vel fuerint, quæ specialem, & individua requirant mentionem, seu in presentibus de verbo ad verbum insertionem, seu particularem expressionem petant, & addit: *Eis Authoritate, & tenore perpetuo communicamus, extendimus, & concedimus aequè, & pariformiter, & absque ulla penitus differentia (perinde ac si illis, & eorum singulis personaliter, & specialiter, & expresse, ac nominatim, nec non ad instar concessa essent) uti, frui, potiri libere, & licite posse, & valere.* Et nullam apponit restrictionem non usus, nec decretorum Tridentini; sed potius §. 15. in derogatoriis derogatoriarum derogat omnibus, & quibuscumque contrariis, sub quibuscumque clausulis, tenoribus, & verbis, à suis Prædecessoribus emanata; etiam si de verbo ad verbum essent inferenda ad sui revocationem, quæ fuit maxima concessio, & videtur dictæ sententiæ optulari, sic discurrendo.

Ex dictis Bullis deducitur ratiocinium. 135. Quia quoties in Decretis Pontificum confirmantibus, vel communicantibus omnia, & singula privilegia, à Suis Prædecessoribus emanata, non apponitur clausula:

*Quatenus non contrariantur Concilio Tridentino, est probabilissimum illud revocare, quatenus est revocativum privilegiorum, seu quatenus illis obfistit, uti doctè probat Franciscus Samaria Samuellius tom. 1. de elect. Canon. tractatu 1. controvers. 11. num. 9. & 10. Hieronym. Garcia in Politic. Regul. tom. 1. tractatu 8. diff. 4. dub. 4. num. 6. Bonacin. tom. 1. disputat. 2. de excommunic. quest. 5. punct. 2. num. 8. Barbof. in collectan. Concilij session. 25. cap. 21. de reformat. Quia respectu Tridentini reservavit sibi Pontifex auctoritatem ad illud revocandum, vel contra illud aliquid decernendum. Ideoque si non exprimit se nolle derogare Tridentino per clausulam: *Quatenus Tridentino non adversantur,* in concessionibus, & confirmationibus illi contrariis, censetur velle derogare illi: quia quando non vult, per dictam clausulam, illud exprimit: ob quam rationem frequentissime ponunt Pontifices dictam clausulam, quando nolunt in suis concessionibus Tridentino derogare, ut pluribus adductis eorum Bullis, & exemplis, late probat N. Petrus ab Angelis in specul. privileg. disput. 7. sect. 2. per totam. Sed in duabus Bullis adductis, confirmant, & concedunt omnia, & singula privilegia, eaque de novo communicant, cum extensionibus, & ampliationibus numero præcedenti recensitis; sine eo, quod apponant clausulam: *quatenus Tridentino non adversantur,* ut ibidem vidimus: ergo videntur confirmare, & innovare omnia privilegia*

legia per Tridentinum revocata, illique derogare, ut erat revocativum illorum; & sic erunt in suo robore, eisque uti poterunt Regulares, & omnibus privilegiis à Tridentino per clausulam *non obstantibus*, revocatis.

Privilegia per Tridentinum revocata, vim non habent pro foro externo. 136. Sed nihilominus dicendum est primo. Omnia privilegia contra Tridentinum cum clausula *non obstantibus*, sive dicta clausula sit initio decreti, sive in medio, sive in fine, saltem pro foro externo extincta omnino esse, nec postea vim recuperasse, quamvis ex motu proprio, & certa scientia, & de plenitudine Potestatis confirmata videantur, nisi cum clausula expressa; *non obstante Concilio Tridentino*. Quorum nullum usque modo emanasse scimus, confirmativum absolute privilegiorum. Et ratio est: quia licet Pius V. in Bulla illa *Et si Mendicantium*, confirmaverit plura privilegia, etiam contraria Tridentino, ob lites, & dissensiones in praxi ortas ex illa, inter Regulares, & Episcopos; Gregorius XIII. tamen in Bulla illa, *In tantarum, & negotiorum mole*, revocavit dictam concessionem, ut jam diximus; & talem Bullam fuisse publicatam ostendimus, num. 132. & in posterum ipse, Eiusque Successores, etiam in amplissimis concessionibus, & confirmationibus privilegiorum illam clausulam adjiciunt frequentissime: *Dummodo decretis Tridentini non sint contraria*. Et quamvis aliqua Bulla absolute concessa, reperitur absque illa clausula; ut recentiora num. 134. reperiuntur; praxis tamen, & usus omnium Tribunalium ostendit explicandam esse,

cum tali clausula subintellecta. Quis per hoc, quod Pontifices omittant illam, si non ponunt expresse contrariam, non ob id censentur contra Tridentinum concedere, nec illius Decretis derogare; quia in generali concessione non veniunt ea, quæ raro, & difficillime solent concedere. Ita Layman, tract. 4. de legib. cap. 23. q. 4. Tamburin. dispus. 18. quest. 6. num. 3. Suarez tractat. 2. de legib. cap. 19. Lezana tom. 2. cap. 1. num. 58. & cap. 15. numero 18. Joannes à Cruce libro secundo, capite tertio, dub. 6. conclus. 3. Ludovicus Lopez in Summ. prima parte, capite 2. Portel. in dubiis Regular. verbo privilegium, numero 64. Miranda tomo primo, questione 39. articulo primo, & tomo secundo, questione 42. articulo 3. Garcia tractatu 8. diff. 1. dub. 5. numero septimo, Machad. tomo secundo, libro quarto, parte sexta, tractatu 10. document. 11. Pellizzar. tomo secundo, tractatu 8. capite primo, numero 81. Diana parte 11. tractatu secundo, resolut. 6. Horum Authorum aliqui absolute loquuntur, & sic saltem pro foro externo debent intelligi. Alij etiam pro foro conscientie id asserunt, in quo cum illis non convenimus, ut in conclusione secunda dicemus:

137. Sed hic advertendum duximus ex communi consensu Doctorum utriusque sententie; multas res Con- periti in Bulla illa Pij V. quæ non sunt cilijs à Pio privilegia, sed Declarationes ipsius V. post- Concilij, & hæc non fuisse revocata, revo- per Bullam revocatoriam Gregorij caræ nos XIII. & sic modo in suo robore per- sunt à sistere. Quia multa in illis Declara- Greg- tionibus Pij V. inventa, reperiuntur XIII.

CON.

confirmata à Clemeate VIII. Urbano VIII. & à Sacra Congreg. Trident. Nam Declaratio Pij V. circa *sessio- nis 22. cap. 9.* videlicet, quod *saculares* possint audire Missas, & conciones in Ecclesiis Regularium diebus festivis, fuit confirmata à Clemente VIII. ut refert Hieronym. Rodriguez *resolut. 25. num. 5.* & ab Urbano VIII. anno 1625. Et Declaratio illa circa *sessio- nis 23. c. 15. & sessio- nis 25. cap. 10.* quod Confessarij Monialium Exemptarum non examinentur ab Ordinario, confirmata fuit à Sacra Congregat. Trident. ut refert Barbosa *in remiss. ad cap. 10. sess. 25.* & declaratio illa circa *sess. 5. cap. 2.* Quod concionatores ad prædicandum in propriis Ecclesiis non sunt examinandi ad Ordinario, fuit confirmata à Sacra Congregatione, prout refert Reginaldus *lib. 18. n. 123.* & Declaratio illa, *circa sess. 25. cap. 5.* quod Episcopus non possit dare licentiam, ad ingrediendum in Exemptarum monasteria Monialium, confirmata fuit ab Eadem Sacra Congregatione, ut inquit Barbosa, *ad sessionis 25. cap. 5. Tridentini.* Ac denique Declaratio *circa sessionis 25. cap. 13.* quod quarta funeralis non intelligatur, nisi de illo quod affertur, fuit etiam confirmata à Sacra Congregatione, ut multi asserunt, & suo loco dicemus; & sic de quibusdam aliis Declarationibus, de quibus multoties toto hoc tractatu dicemus.


Pro foro
conscien-
tiæ pos-
sunt Re-

138. Dicendum est secundo, posse Regulares pro foro conscientie uti omnibus privilegiis à Tridentino revocatis, & à Pio V. confirmatis,

adhuc stante Bulla Gregorij XIII. revocatoria constitutionis Pii V. & omnium privilegiorum, quæ Tridentino advesantur. Probatur conclusio primo: Quia Gregorius XIII. in illa Bulla loquitur de privilegiis confirmatis à Pio V. contra disposita, & ordinata in Tridentino; non utcumque, sed prout ex illis litigia, & perturbationes inter Religiosos, & Episcopos in foro externo poterant exoriri, ut evidenter patet ex proemio dictæ Constitutionis (ex quo ut diximus, mentem Principis concedentis privilegium, vel legem statutentis maxime venari debemus) ubi sic ait: *Demum animadvertens, quod ea omnia multis dubitationibus involuta, magnisque difficultatibus obstructa, multas, magnasque dissensiones, & altercationes, & lites inter Prædictos locorum Ordinarios, & Fratrum ipsorum Ordines, non sine gravi Divini cultus, & animarum detrimento, ac populorum scandalo concitaverint;* &c. § Secundo probatur ex vivæ vocis oraculo Pij V. relato à Rodriguez *tom. 2. Bullar. ad finem Bullæ Pij V. & in compend. Societ. titul. de Concil. Trident. §. 3. sub anno 1566.* in quo Minoribus concedit, ut uti possint omnibus Suis privilegiis etiam revocatis à Tridentino, pro foro conscientie tantum. Quod privilegium, per communicationem extenditur ad alios Ordines; nec revocatum fuit hoc oraculum per Bullam illam revocatoriam Gregorij XIII. eo quod ibi solum loquitur de privilegiis, non de oraculis, & ut diximus supra, (& est sententia Innocentij in *cap. constituimus, num. 2. Lezan. tom. 1.*

regulares
uti privi-
legiis à
Tridentino
revocatis.

cap. 3. num. 21. Peyrin. tom. 1. privileg. ad constitut. 17. Julij II.) licet in favorabilibus oracula, nomine privilegiorum veniant, non tamen in odiosis, aut revocationibus, nisi de eis expressa mentio fiat: & quamquam omnia oracula à Gregorio XV. & Urbano VIII. amplissima revocatione oraculorum, revocata fuerint; nihilominus non obest modò dictis, jam enim inuimus tract. 16. c. 3. num. 53. & 59. & latius cap. sequenti agentes de revocatione oraculorum; & dicemus non esse intelligendam de oraculis, quorum usus pro foro externo nullam perturbationem aut inquietudinem generat. Quare conclusionem nostram ex his, & aliis fundamentis deductam tenent Pater Hinojosa in director. decis. Regul. verb. confirmatio gratia decis. 4. Henriquez lib. 7. de indulgentiis, cap. 4. num. 8. Antonius à Spiritu sancto in direct. Regular. tract. 1. disput. 1. num. 18. Rodriguez quest. Regular. tom. 3. quest. 15. art. 6. Petrus ab Angelis in specul. privileg. disp. 6. sect. 3. à num. 5. Sanchez in summa, tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16. Leander à Murcia Capuccinus quest. 19. super Regul. ad cap. 6. Regul. num. 33. Vega in sum. 4. part. cas. 38. Joannes Præposit. tertia parte, q. 83 art. 3. num. 151. Bartholomæus à Sancto Fausto in thesaur. Relig. lib. 5. quest. 167. num. 2. & probabilem dicit Portel. in dubijs Regul. verb. privileg. num. 64. & Diana 3. part. tract. 2. de dubijs Regul. resolut. 59. licet pro opposita sententia non desint plures, & graves Aucthores ei patrocinantes.



PUNCTUM IX.

An duret privilegium post mortem comedentis, aut privilegiati?

139. **P**RO intelligentia eorum, quæ in hoc puncto dicenda sunt, explicare prius oportet tria; ex quorum notitia, maximè hujus materie cognitio dependet. Nimirum quid sit *rescriptum gratia, & justitia*? Quid sit *rem esse integram, & esse inceptam*? Quid sit *gratia facta, & gratia facienda*? Igitur *rescriptum justitia*, est privilegium, vel potestas, quæ datur ad exercendos actus justitiæ, sive civilis, sive criminalis: ut facultas cognoscendi de tali causa, exercendi jurisdictionem in foro conscientia, &c. *Rescriptum gratia*, quando aliquid indulgetur gratiosè conferendum: ut ad dispensandum, & absolvendum, & sic ex parte actuum, ad quos datur rescriptum, in gratia, & justitia rescriptum bipartitur. Sanchez lib. 8. de matrim. disputatione 28. à numero octavo, Palauus tomo primo, tractatu 3. disputatione 4. punct. 16. §. 1. à num. 1.

140. In rescriptis justitiæ, quando iudex incepit uti jurisdictione sibi data, dicitur *res incepta*: ut si assignavit locum iudicij, nominavit Notarium, testes percipere cœpit, litteras redigere in publica forma; quia tunc iudicatio *integra* non est, sed potius *cepta*, cap. licet undique, de officio delegati, cap. si à subdelegat. eod. tit. in 6. Et hoc

Quid sit
rescriptum
gratia, &
justitia?

Quando
dicitur
res in-
cepta
quæ
do in-
cepit?

hoc etiam ante citationem: quia licet citatio sit primus actus iudicij; non tamen iurisdictionis; cum ante illam pluries exerceri possit iurisdictione. Bonacin. *diffut. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. num. 22.* Sylvester *verb. delegatus, quest. 6.* & valde probabile dicit Sanchez *loco citato.* Quamvis ipse cum aliis rem integram esse ante citationem dicat, & desinere per eam. Sed notat Palaus *supra n. 10. ex Molina tract. 5. disp. 19. num. 4.* Quod si alicui munus delegetur, in cuius exercitio citatione non indige; ut visitandi aliquam domum, vel Provinciam Religiosorum: Tunc prima illius muneris exercitio dicitur *capta* iurisdictione, quia non habet alium modum inceptionis. Unde fit, quod, quia in rescriptis gratiæ non habet locum citatio iudicialis; loco illius succedit, ut *res capta* dicatur partis vocatio, cum qua est dispensandum. Nam hoc ipso, quod Auctoritate rescripti, vocet eam, *res capta*, dicitur, & desinit esse *integra*. Vel si mandet informationem fieri de veritate causæ, vel aliud efficiat, quod sit usus auctoritatis per rescriptum collatæ; at per præsentationem rescripti *res capta* non intelligitur; quia talis præsentatio, usus non est iurisdictionis per rescriptum concessæ, sed dispositio ad talem usum. Sancti, *n. 20.* Palaus *n. 11.* Felinus *in cap. pastoralis. §. quoniam, n. 3. de rescriptis.*

Quando gratia facta, quando indiffinitè, & generaliter conceditur, vel quando tota gratia videtur esse ejus, cui conceditur in-
dependenter ab alio cui facienda
catur.

committitur: ut si alicui detur gratia providendi de personis idoneis, ad beneficia vacatura. Tunc dicitur *facienda*, quando non tibi ob tuam gratiam, sed ob favorem aliorum, conceditur privilegium: ut si tibi detur facultas providendi contra personam; quia non videtur gratiâ tui concessa, cum tibi non detur libera facultas conferendi, seu providendi quibus malueris, seu de beneficiis, quæ volueris; sed gratiâ illius cui providendum est: quia in ejus commodum, & utilitatem cedit. Quæ omnia habentur *cap. si cui nulla. de prebendis in 6.* Circa quem textum observat Nicolaus Garcia *6. part. de beneficiis, cap. 2. §. 2. à num. 304.* Bassæus *verb. privileg. 3. num. 11.* Layman, *lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 18.* Bonac. *diff. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. num. 23. & 24.* Sancti, *lib. 8. de matrim. disp. 28. num. 87.* Facultatem Petro concessam de provisione certæ personæ in aliquo beneficio, vel de absolutione, dispensatione facienda in ejus favorem, qui est dispensandus, vel promovendus; esse *gratiam faciendam*. Si Petrus potest libere uti illa facultate; & si ex præcepto, aut mandato illâ uti tenetur, esse gratiam factam. § Ratio primi est, quia tunc nec dispensatio, aut absolutio est facta dispensando cum non sit in Eius favorem expedita; vel absolvendo, quia hoc ipso, quod relinquatur arbitrio dispensantis velit ne illam impendere vel non, nullum est jus Eius qui deinde dispensatur quæsitum ad dispensationem, & sic non est Eius facta gratia. At cum tenetur

dis-

dispensator ea uti, jam dispensando facta est gratia, cum jam acquisierit jus ad rem, cum alius teneatur illi gratiam impendere. § Sed hoc limitandum est, ut intelligatur de mandato providendi certæ personæ, de beneficio determinato, vel dispensandi cum certa persona, de re certa, & determinata: alias non esset gratia facta, sed facienda. Quia cum non determinetur in quo gratia fiat, non potest dici jam facta, sed magis in posterum facienda, *cap. si cui nulla. citat. Garcia num. 301. Palus disputatione quarta, punct. 16. §. 2. num. 4. Molin. tract. 5. disput. 20. num. 2. in fine.*

Rescriptum justitiae mortis delegantis expirat

142. Quibus suppositis asserendum est primo: quod si rescriptum sit justitiae, seu jurisdictione delegata, expirat finita jurisdictione in delegante, ut quia iste mortuus est, vel amotus ab officio, & alius assumptus, dum res delegata adhuc erat integra; hoc est dum adhuc non erat inchoatus usus facultatis à delegante collatae; *cap. gratiam, cap. relatum, de officio delegati, cap. si cui nulla. de prabendis in 6.* Et ratio est: quia licet per rescriptum delegatus jurisdictionem acquirat; non radicatur in illa, usque dum ea uti cœperit: ergo pereunte in delegante jurisdictione, perit in delegato, uti diximus *tom. 2. tract. 10. de censur. cap. 1. num. 34.* & tenet Covar. *quest. pract. c. 11. num. 2.* Bonacin. *supra num. 24.* Ballæus *n. 13.* Sanchez *num. 36. 57. 94.* Palus §. 3. *num. 1.* nisi adsit communis error, & ignorantia, tam in populo, quam in delegato. Nam communis error cassatæ jurisdictionis sufficit, ut gesta delegati valeant,

cum in eo præsupponatur titulus coloratus. Bonacin. *num. 30.* Sanchez *lib. 3. disp. 22. num. 59.* Basil. *de matrim. lib. 9. cap. 24. num. 2.* Cæterum per hoc quod eo tempore inchoet jurisdictionem, non firmatur in illa: quia firmari non potest in jurisdictione quæ jam non est. Delegatus autem nullam ex rescripto habet jurisdictionem, & solum habet illam ex communi errore vulgi, in ordine ad validitatem actuum, ob communem utilitatem *ex l. Barbarius, ff. de officio pratoris, Basil. num. 4. Palus num. 3.*

143. Asserendum est secundo: Rescriptum quod si sit rescriptum gratiæ, si sit pure favorabile, si sit odiofum, & contrarium, aut in præjudicium tertij; non expirat talis gratia, si sit gratia facta absolute, & sine restrictione ad mortem, vel amotionem concedentis; quia est quædam quasi donatio; donatio autem non cessat morte donantis. At vero, si sit gratia facienda, & res sit integra expirat morte concedentis; propter ea quæ de delegato diximus: quia eadem ratio in hoc casu currit. Secus vero si sit res incepta; quia jam radicatur, & firmatur in illo, *cap. si super gratia, de officio delegati in 6. cap. si cui nulla de prabendis, eod. lib. ut diximus tract. 11. delegibus, cap. 5. num. 95.* & ex communi sententia docet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 28. num. 64.* Fillucius *tract. 10. quest. 10. cap. 20.* Layman. *lib. 1. tract. 4. c. 23. num. 18.* Bonac. *disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. num. 19.* Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 31. n. 1.* Guttier. *canon. quest. lib. 1. c. 15. n. 24. & lib. 2. c. 17. initio.*

Licentia ad confessiones audiendas, morte concedentis non expirat.

144. Ex quo sequitur primò, licentiam concessam sacerdoti audiendi confessiones pœnitentium, per Episcopum, vel Pontificem, non perire morte concedentis: quia est gratia & favor factus præcipuè ipsi sacerdoti, potius quàm pœnitentibus: Quia nec ipsi expressi, & nominati sunt, nec ad eorum petitionem concessa est. Gratia autem facta non perit morte concedentis. Et licet sit iurisdictio delegata, non ob id dicendum est expirare: quia solum in materia iustitiæ, iurisdictio delegata perit morte delegantis, eò quòd ita habetur *cap. gratum, cap. relatum, cap. licet, de officio delegati*, non in rescriptis gratiæ, de quibus nihil determinatur in iure. Bassæus *verb. privileg. 3. num. 13*. Sanch. *num. 72*. Palaus §. 4. *num. 3*. Basil. *de matrim. lib. 8. cap. 19. §. 1. num. 2*. Bonacin. *num. 24*. Layman. *num. 18*. Suarez *lib. 8. cap. 81. numer. 3*. Sayr. *de Censur. lib. 7. c. 14. n. 7*. Salas *de legibus, disp. 20. sect. 17. versu dico sexto*. Garcia *de benefic. sexta parte, cap. 2. num. 321*.

Si gratia sit facienda exspirat morte concedentis.

145. Sequitur secundò: quòd si detur Petro indultum, ut absolvat determinadas aliquas personas, vel cum illis dispenset ob illarum favorem, (ita tamen ut relinquatur ejus arbitrio usus indulti) & res sit integra, expirat morte concedentis, quia est gratia facienda, non facta. Gratia autem facienda morte concedentis spirat re integra manente. Sanch. *nu. 73*. Bassæus *num. 13*. Garcia *num. 327*. Bonac. *num. 24*. licet sit probabile gratiam illam concessam esse etiam in favorem ipsius Confessoris, & sic

esse gratiam factam; proindeque non expirare morte concedentis, eò quòd ipse ut magis idoneus electus sit ad illam dispensationem concedendam; & sic tuta conscientia potest illa uti, etiam post mortem concedentis. Palaus §. 4. *num. 5*. Salas *disp. 20. sect. 17. fine*. Suarez *cap. 31. num. 18. ad finem*. Basil. *lib. 8. cap. 19. §. 1. num. 5. & 8*.

146. Sequitur tertio: facultatē mihi concessam, v. g. per Bullam, vel Jubilæum eligendi Confessorem, sive determinatum sive indeterminatum, ut absolvat me à reservatis, vel dispenset mecum in votis, irregularitatibus, &c. nō perire adhuc re integra, morte concedentis. Et idem est de facultate recipiendi Ordines extra tempora, vel non reservatis interstitiis, celebrandi, vel audiendi Missam in Oratorio privato, comedendi carnes diebus prohibitis, & de aliis similibus; quia istæ omnes sunt gratiæ factæ mihi, & beneficium legitime à me possessum, non verò faciendæ: sed gratia facta non expirat morte concedentis, quia jam facta est: ergo, &c. Ita Sanchez *lib. 8. disp. 28. num. 72. 75. & 78*. Garcia *de benefic. 3. part. cap. 2. numer. 315. 317. & 318*. Basil. *num. 7. & 9*. Suarez *cap. 31. num. 3. & 19*. Bonacin. *num. 27*. Palaus §. 4. *num. 7*. Henriquez *lib. 7. cap. 21. §. 6*. § Ex quo sequitur, quòd cum omnia privilegia, gratiæ, concessiones factæ Religionibus, sint gratiæ in illarum favorem factæ, nulla ex illis expirat morte concedentis, ut omnes tenent.

147. Sequitur quarto: non expirare morte concedentis dispensationes,

Facultas per Bullam, vel Jubilæum concessa morte concedentis non cessat.

Dispensationes,

commiffa Ordinariis, non expi ante morte Pontificis.

nes, quæ committuntur expediendæ, si preces veritate nitantur, & expediri posse ab ipsis Ordinariis, etiam si res integra fuerit, quia fuit gratia facta ipsi dispensando. Tunc enim gratia censetur facta dispensando, quando delegatus, qui expediturus est dispensationem, est executor necessarius, ut num. 141. dicebamus, & tenent Bonacin. num. 23. Basil. num. 7. Sanchez num. 87. Suarez lib. 6. cap. 17. num. 9. Palaus num. 8. Garcia num. 312. §. Et idem est de facultate testandi concessa Episcopis à Papa; quia est gratia ipsis facta, quæ non expirat morte Pontificis, qui concessit adhuc re integra, etiam si litteræ expeditæ non fuerint, quia est perfecta gratia, eo ipso quod Pontifex dicat, fiat. Sanchez num. 28. Garcia num. 328. Palaus num. 11. §. Nec similiter cessat privilegium, ante mortem concedentis non acceptatum, sed potest post mortem illius acceptari à privilegiato, antequam revocetur à successore (à quo procul dubio revocari potest) quia jam ex parte concedentis gratia facta est. Suarez lib. 8. cap. 31. num. 21. Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 28. num. 43. licet cum aliis oppositum dicat Bonac. disp. 1. quest. 3. punct. 8. §. 1. n. 28. qui tamen probabilem dicit nostram sententiam.

Alia quæ sequuntur ex dictis.

148. Sequitur quintò: quod si à Pontifice, vel ejus Legato detur rescriptum, & mandatum, ut Petro provideatur in aliquo beneficio tunc jam vacante, talis gratia adhuc reintegra, non expirat, etiam si concedens ante provisionem moriatur; quia jam acquisivit jus ad rem: & sic

fuit gratia facta, hoc ipso quod impetravit mandatum de provisione certi beneficii, secundum dicta num. 141. Sanchez num. 87. Palaus §. 4. num. 10. Henriquez lib. 14. cap. 17. n. 7. §. Ac denique, si rescriptum gratiæ, concessum sit pro aliquo tempore limitato, v. g. pro spatio unius anni, (ut sunt privilegia Bullæ cruciatæ) valet per totum annum; etiam si intra illud moriatur concedens; quia jam est gratia facta pro illo anno. Basil. lib. 8. cap. 19. num. 7. Sanchez disp. 28. à num. 50. & 78. Palaus §. 5. num. 1. Suarez lib. 8. cap. 32. num. 10. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 21. numer. 4.

149. Sed inquires primò. An privilegium, vel gratia concessa sub illis verbis: *Donec voluero, ad placitum nostrum, quousque fuerit nostra voluntas, pereat morte concedentis?* Ad hoc jam diximus tom. 3. tract. 11. de legibus, cap. 5. num. 91. petire: quia mens concedentis sub hac forma, est ut privilegium à voluntate ipsius positiva, nedum negativa, id est non contraria, dependeat. Et cum eo mortuo amplius non habeat voluntatem; nec ab ea poterit pendere privilegium, dicendum erit post mortem illius cessare. §. Aliud est si diceret, *donec revocavero*: quia ut cesset privilegium, requiritur positivus actus revocationis, quem non habuisse ante mortem supponimus, & post illam habere non posse constat, & sic adhuc post illam, in suo permanet vigore. Si autem cum clausula ad voluntatem Sedis Apostolicæ expeditur; adhuc mortuo concedente, durabit: quia hæc

De privilegio cum aliis quibus clausulis concessis.

hæc verba ad Dignitatem Pontificiam diriguntur, quæ semper durat. Salas *de legibus, disp. 20. sect. 17. n. 12* § Suarez *de leg. l. 8. cap. 8. nu. 1*. Sanchez *lib. 8. de matr. disp. 28. n. 49*. Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 23. n. 17*. § Sed non caret probabilitate, per illa verba primo adducta, privilegium aut gratiam non expirare morte concedentis; sed durare, quousque revocentur: quia videntur in communi modo loquendi, æquivalere illa verba *ad beneplacitum nostrum*, illis verbis *donec revocavero*, seu aliter ordinavero: quia dum aliter non ordinatur, semper eadem esse, ac durare voluntatem videtur. Sic cit. Salas, Palas *tract. 3. disp. 4. punct. 16. §. 5. num. 5.*

Quando morte privilegiati, rescriptum justitiæ, vel gratiæ expirat.

150. Inquires secundò: An rescriptum gratiæ expirat morte privilegiati, vel rescriptum justitiæ morte delegati, aut ejus finito officio? § Respondetur, quòd tribus modis fieri potest delegatio: aut expresso nomine delegati tantum; aut illo tacito, expresso Officio, aut Dignitate; aut expresso utroque. Si primo modo fiat rescriptum, regulariter censetur personale; nisi ex subjecta materia, & circumstantiis oppositum colligatur: ideoque expirat morte delegati, nec transit de persona in personam: *quia destructis nobis, destruuntur ea, quæ sunt in nobis*. Si expresso Officio regulariter est reale, & adhæret Officio, transitque ad successores in Dignitate,

sive res sit integra, sive incepta; quia hoc non immutat concessionem, quæ hoc ipso quod fiat, & facta sit Dignitati, cum illa durat. Si Dignitatis, & personæ nomen exprimitur in concessione, judicanda est non realis, sed personalis; nisi aliunde oppositum colligatur: quia nomen personæ ibi positum, restringere videtur universalem significationem, provenientem ex nomine Dignitatis: & sic facit, quod solum unicæ personæ communicetur rescriptum, & non pro omnibus habentibus illam Dignitatem. Sic Basæus *in floribus verb. privileg. cap. 3. numer. 10*. Pellizzar. *tract. 8. cap. 1. numer. 92*. Tambur. *tom. 1. disp. 16. qu. 11. num. 2. & 3*. Sanchez *lib. 8. disp. 27. à num. 6*. Bonac. *disp. 1. quæst. 3. punct. 8. §. 1. à n. 1*. Palas *punct. illo 16. §. 6. à n. 2*. Salas *disp. 20. sect. 17. nu. 124.* § Idem cum proportionem sentiendū est de rescripto gratiæ. Limitant autem prædicti Authores præcedentē doctrinam, ut intelligatur in ultimo casu, commissionem esse personalem; nisi ex circumstantiis redderetur vel damnosa alteri, injusta, vel inutilis: quia semper in casu dubii præsumendum est delegantem, non velle suam dispensationem injustam, vel inutilem esse. § Ex quo sequitur commissiones per se loquendo, esse personales.